














989. ILLUSTRIUM in re medica: *Curtius*, Matthaeus, Papiensis. Ad tyrunculos dosandi methodus. Bartholomaei *Montagnanae* conclusiones de compositione et dosi medicamentorum. Benedicti *Victorii* Faventini breve compendium de dosibus medicinarum. Guilelmi *Rondoleti* de materia medicinali et compositione medicamentorum brevis methodus. 4 and 102 leaves. With printer's device and initial letters. 8vo. Boards. Padova, Hieronymus de Gibertis, 1556. Frs. 40.—



ILLVSTRIVM IN RE MEDICA VIRORVM

Matthæi Curtii Papiensis ad tyrunculos dosandi methodus.

Bartholomæi Montagnanæ conclusiones de cõpositione, & dosi medicamentorũ.

Benedicti Victorii Fauentini breue compendium de dosibus medicinarum.

Gulielmi Rondoleti de materia medicinali, & compositione medicamentorum breuis methodus.



PATAVII. M D LVI.

CLARISSIMO
ET OPTIMO SENATORI
Petro Mauroceno Patauino-
rum Prætori amplissi-
mo patrono suo.
Hieronymus de Gibertis
Typographus salu
tem dicit.



ATIS constat nullam maiorem inter homines laudem reperiri posse ꝙ *illam quæ maximis uiris tribui solet, qui iure dicendo, æquitatem tuendo & communem concordiam seruando de hominibus bene merentur. Eam tu in primis amplißime Pretor hac nostra ætate uideris adeptus, cum enim*

multas ac maximas ciuitates quas tuæ fidei Senat. Venetus mandauit atque concredidit ita semper administraueris ut nihil fuerit quod boni non sperauerint, mali metuerint & summa cum seueritate (quod difficillimum esse existimatur) singularem semper humanitatem coniunxeris, effecerisque ut qui in tua ditione fuerunt, tranquillo otio fruerentur. Planè unus es hac nostra ætate qui non modo laudem hãc (quæ summa est) obtinere uidearis, sed etiam cæteris esse exemplo possis, quo modo rectè ciuitates administrent & populos regant. Quis enim ignorat quanta grauitate & integritate præturam in Foroiulio ampla regione gesseris, quàm sapienter Veronensium ciuitatem (quæ nobilissima est & flo-

rentissima) rexeris. Postremo apud Patauinos quorum urbs ut uenetæ in qua imperij totius caput est ciuitati proxima, ita & maximo adiumento semper fuit, difficillimis his temporibus uersatus sis. In summa .n. annonæ caritate abunde ut omnia suppeterent, tua singulari prudentia effecisti, atque ne tam præclara ciuitas, quæ domicilium est omnium bonarum artium & disciplinarum, pestilitate maxima quæ ipsam inuaserat uastaretur. Nefarij .n. homines qui luem hanc per urbis uicos nouo quodam & inusitato scelere disseminabant lucrum ex ea re captantes iustas ac debitas soluerunt pœnas. Te nimirum uno in primis procurante ciuitatis huius salutem, cuius optimus parens & pa-

tronius iure semper diceris, nam præ
ter pestilitatem, cum aliud etiam teter
rimum monstrũ hoc anno ciuitatem no-
stram uexaret, fames .s. qua nihil hor
ribilius, nihil exitialius, nihil magis de-
testandum, atq; ita uexaret, ut miseræ
plebi in tanta inopia frugum, & cari-
tate annonæ omninò esset pereundum;
tu tua singulari prudentia ipsius alen
dæ nouam quandam rationem sine di-
uitum sumptu, & incommodo excogita
sti; Mirandum uideri possit, imò incre
dibile quod dicturus sum, sed ita esse
omnes, qui in hac ciuitate sunt sciunt.
Quinquagenos modios milij (ut uulgò
nunc patauij dicimus) octauo quoq; die
inopi plebeculæ diuidundos curasti per
totos septem menses; quod tuũ factum
nulla unq̃ delebit obliuio. Tibi igitur

milium in fame.

optimo Senatori & sapientissimo urbium administratori unius ego quamlibet infimus inter patauinos meæ erga te obseruantiæ & tuorum meritorum in patauinos Ciues, monimentum aliquod ut extaret efficere cupiens, præclarum hunc libellũ qui ad artem Medicam spectat, a Matthæo Curtio Ticinensi Medicinæ totius instauratori in uulgus sub tuo nomine edere uolui. Nimirũ .n. homines libellum hunc legentes & tempus ipsius editionis ex tua prætura repetẽtes simul memores erunt tuæ singularis sapientiæ, qua factum est ut urbs hæc præclarissima a tam feda lue quæ non modo ipsam uastatura, sed & alias ciuitates Italiæ credebatur, liberata sit. quo singulari benefitio tuo omnes tibi perpetuò de-

uinxisti, nomenq; tuum imortalitati sempiternæ commendasti. Deus Opt. Max. te optime Senator utinam diu nobis incolumen seruet, nam nihil est tam magnum quod à te homines pro tua summa prudentia & authoritate sperare non poßint. Vale & me tibi deditißimum hominem commendatum habe. Patauij septimo Idus Aprilis M D LVI.

Erasmus. Gabrenus. j.a:

DOMINI MATHEI CVRTII ad Tyrunculos dosandi methodus.



VPIENS dare Iuuenibus breuem practicandi modum decreui aliqua de modo dosādi dicere, circa quę tria faciā, Primo dicam de modo dosandi syrupos. Secundo dicam de dosi medicinarum simplicium solutiuarum & compositarum. Tertio de electuariis, clysteribus & aliis ad actum practicum facientibus. De syrupis primo dico, quod communiter practicantes dant vnc. vnam & mediā syrup. & aquarum vnc. iii. in dupla scilicet proportione ad syrupum, quandoque tamen dant vsque ad vnc. ii. syrup. Nec me latet quod Gherard. de solo voluit quod dentur vnc. iiii. syrupi, & vnc. vi. aquarum & in hanc sententiam concurrit Matheus de gradibus super nono Almansoris communis tamen sententia est, quod dentur vncia vna & media syrup. & iii. aquarum, qui modus sumitur a Galeno primo

Reg. acut. comment. xxxxii. nec alibi reperitur. Concludamus ergo quod communiter practicantes dant vnc. vnam & mediã, vel vnc. duas syrupi, & tres aquarum, & hoc habet veritatem siue vnus, siue duo dẽtur syrupi, siue etiam tres, nam quandoque habemus vnam intentionem quandoque duas, quandoque tres. Exemplum primi, si intentio Medici fuerit alterare malam complexionem calidam dabit vnc. vnam & mediam syrupi end. & vnc. tres aquæ endiu. Exemplum secundi, si intentio Medici erit ad duo v. g. ad remouendam malam complexionem calidam & ad aperiendum tunc ratione remotionis malæ complexionis calidæ dabimus syrup. de endi. cum aqua endi. ratione autem apertionis dabimus syrupum bisãtinum cũ aquã fœniculi sic ordinãdo.

Apio: ha.

Recipe syrup. de endiu. vnc. vnam, syrupi bisantini vnc. mediam aquarum endiuiæ, vnc. duas fœniculi, vnc. vnam misce & fac syrupũ. Exemplum tertii, si intentio Medici fuerit ad tria v. g. ad remouendam malam complexionem calidam, & ad aperiendum & ad incidẽdum, tunc dabimus tres syrupos scilicet de endiuia ad remouendam malam complexionem calidam cum aqua end. pro apertione bi-

santinum cum aqua fœniculi pro incisio-
ne acetosũ cũ aqua acetosę sic ordinãdo.

syrup. de endi. |
syrup. bisantini | an. vn. med.
syrup. acetosi. |

Recipe

	endiuiæ	
aquarum	fœniculi	an. vnc. vnã
	acetosæ.	

Misce & fiat syrupus.

Nota quod plurimum aqua propor-
tionatur syrupo, aliquando tamen cogi-
tur Medicus vt remoueat malam comple
xionem calidam, vel frigidam syrupo-
rum exhibere aquas non proportionatas
syrupis, exempli gratia, si ordinauero sy
rupum de Epithimo, vel de stecade, ordi-
no cum istis syrupis aquam tendentem
ad frigiditatem vt puta violarum, vel en
diu. vt remoueatur mala complexio cali
da syruporum, licet aquæ non sint pro-
portionatę syrupis, quia syrupi sunt cali
di & aquę frigidæ, ista tamen relinquan-
tur iudicio Medici. Notandum tamen est
quod sicut exemplum dedi de istis, possu
mus per alios syrupos, & per alias aquas
discurrere secundum quod Medico vide
bitur. Notandum etiam quod semper
possumus ponere aquas cordiales in syru

pis, vt confortetur virtus regitiua & vitalis quæ residet in corde, sicut Rex in regno, vt est omnium Illustris. Medicorum sententia. Concludamus ergo quod in ordinando syrupos non debemus ordinare nisi vnc. vnam & mediā syrupi, vel vnc. duas ad plus, raro tamen vel syruporum & vnc. tres aquæ, vel aquarum, exempli gratia, sic dicendo. Recipe syrupi de endiuia, syrupi acetosi, & mellis ros. col. an. vnc. med. aquarum endiuiæ, acetosę, absinthii an. vnc. vnam, misce & fiat syrupus pro vna vice, & sicut exēplificaui in istis syrupis & aquis, ita & de aliis.

Syrupi digerentes materiam cholericam:

Syrup.	de endiuia succo end. cicorea.	Hepar.
Syrup.	de succo acetosę de acetos. citri.	Cor.
Syrup.	de buglossa violatus iuiubinus nenupharinus de portulaca de mirto iuleb violatum iuiub Mes. rosatum.	Pectus

Digestiua cum Directiuis in his tabulis utiliter coniunguntur.

Syrup.	acetoſus symp. de oxiſacharo roſatus de granatis violatus.	Stomachũ.
Syrup.	de papauere nenupharinus roſatus de bugloſſa.	Caput

Aquæ digerentes materiam cholericam.

Aq.	Endiuię, epaticę, cucurbita, cuſcute, cicoreę ſolatri, plãtaginis	Hepar
Aq.	Acetoſę, bugloſſe, boraginis, violarũ, nenupharis roſarũ, cicoreę	Cor
Aq.	Lactucę, nenupharis ſem. co. frig. papaueris roſarum.	Caput
Aq.	Acetoſæ, roſarum, plantaginis.	Stoma.
Aq.	Violarum, portulacę, de iuiubis, iuleb violatũ, nenupharis ſem. com. frig. bugloſſe.	Pectus

Syrupi digerentes materiã melancholicã

Syr.	De biſantiis, de lupulis, de ſtechade, de betonica	Caput

Syrup.	De epithimo, de lupulis, de fumo terrę, de borag. buglossæ, de bysantiis, oximel simp. comp. squil.	Hepar & Splen
Syrup.	Syrup. de pomis comp. de sabor, de sapa, de bisantitiis, de thymo, de epithimo, boraginis, buglossæ.	Cor
Syrup.	Bisantinus	Stomachum

Aquæ digerentes materiam melancholicam.

Aq.	Lupulorum, de fumo terræ, de buglossa.	Hepar
Aq.	Scolopendrię epithimi	Splen
Aq.	Boraginis, buglossæ	Cor

Syrupi digerentes materiam flegmaticam.

Syrup.	Lupulorum, florum sambuci, geniste, de stechade, de duabus radicibus.	Cerebrū
Syrup.	De mēta, mellis ros. col. oximel simp. oximel cō: de absinthio, squill.	Stomac.

Syrup.	De duabus radicibus, de eupatorio, acetosus diarodon, acetosus compo.	Hepar
Syrup.	Bysantinus, de cortice citri, de pomis compo. de boragine, de buglossa, mel. ros. col. omnia oximelia	Cor.
Syrup.	De bisantitiis, de thimo, acetosus de prima rad. de liquiritia, de hysopo, de calamento, de prassi, oximel simplex, compo. squill.	Pectus

Syr. De matricaria, de artemisia) Matrix

Aquæ digerentes materiam phleg.

Aq. Absinthii, mentę, ruthę, apii, camomillę, fœniculi)Stomachus.

Aq. Capillorum veneris, hysopi, prassii, buglossę) Pectus

Aq. Maioranę, saluię, rorismarini, betonicę) Caput

Aq. Prassii, scabiosę, eupathorii, saluię apii, fœniculi, absinthii) Hepar

Aq. Asparagorum Agrimonię.) Renes, & vesicam.

Aq. Mellis, agrimonię, asparagi.) Cor

Aq. Artemisię, pulegii, rutæ, matricarię } Matrix

Digestiua sanguinis, non ponuntur, quia sanguis cum putrescit, transit in choleram. Satis ergo est posuisse digestiua aliorum humorum. Sunt tamen nonnullę, quę sanguinem purificant, vt

Aq. Capillorum veneris, absinthii, lactucę, lupulorum, boraginis, lactis caprini, fumiterrę, buglosse, succi rosarum, cicoreę.

Medicinę purgantes choleram.

Nunc principaliter dicamus de dosi medicinarum solutiuarum. Et primo de simplicibus, secundo de compositis. Medicinę simpl. choleram soluentes sunt Rhabarbarum cal. & siccę complex. in secundo g. Cuius dosis in substantia apud communiter Practicantes est drag. tres, vel drag. tres & med. cum Spica, vel squinanto eius correctiuo, Exempli gratia, Recipe Rhabarbari electi drag. tres, vel drag. tres & med. Spicæ vel Squinanti drag. vnam, puluerizentur omnia subtiliter, et cũ decoctione florum et fructuum fiat potus, cui adde syrupi violati vnciam vnam. Notandum est, quod si velles dare hanc medicinam in fluxibus, debes

Doce ... Rhabarbari

Dysenteria.

facere hanc decoctionem in rebus stipticis, vt puta cum decoctione facta ex granis myrti, sumach. sem. plantaginis, acetose, mirabolanorum, in aqua plātaginis.

Dosis Rhabarbari in infusione est drag. sex, vel septem cum eius correctione, vt Recipe Rhabarbari electi drag. sex. vel septem, Spicæ, vel Squinanti m. vnum cōtundantur omnia grosso modo & infundantur per vii. horas in suff. q. vini odoriferi, deinde fiat omniū fortis expressio, & cum decoctione florū & fructuum fiat potus, cui adde syrupi violati vnc. vnam.

De Manna.

Manna conueniens dosis, quę complexionis ęqualis est, plus tamen ad caliditatem declinans, est vnc. duę, vel vnc. due & med. vt, Recipe Mannæ electæ vnc. duas, vel vnc. duas & med. dissoluatur cū decoctione cōmuni florum & fructuum, & fiat potus.

De Cassia.

Cassia ęqualis complexionis ad latus caliditatis declinantis humidęque in primo dosis est, drag. xi. vel xii. vt Recipe Cassię nouiter extractę bonę & pinguis drag. xi. vel xii. dissoluantur cum decoctione florum & fructuum & fiat potus, cui adde syrupi violati vnc. vnam, & si

volueris dare eam in forma boli, sic ordinetur. Recipe Cassiæ nouiter extractæ drag. xi. vel xii. & cũ zuccaro fiat bolus.

De Scamonea.

Dosis Scamoneæ quæ est calid. & sicca in tertio est g. vii. vel viii.

De Tamarindis,

Dosis Tamarindorum secundum Mesuem est ab vnc. ii. ad v. in infusione vel decoctione, vt, Recipe Tamarindorum vnc. duas, infundantur in vnc. x. aquæ lactis, & bulliãt ebullitione vna, & fricentur manibus, & exhibeantur, siue colata siue non, & eorum complexio est frigida & sic. in secundo.

De Aloe.

Aloes cal. in secundo, sicc. in tertio dosis in substantia est drag. vna in infusione autem drag. duæ.

De succo Rosarum.

Dosis succi Rosarum frig. in primo, sicci in secundo vel in infusione ipsarum recentium, est ab vnc. vna vsque ad vnc. duas cum zuccaro, numero dosis est ab vnc. duabus vsque ad quinque.

Nunc dicamus de medicinis purgantibus & educentibus phlegma, & primo de Agarico, qui est calid. in primo, & sicc. in secundo. Cuius dosis in substãtia est drag

ma vna, vel vna & medi. cum ſuo cor-
rectiuo, ſcilicet cum tertia parte ſalis
gemmę ſcrupu. vno pulueri zato & diſſo
luto cum decoctione florum & fructuum
& fiat potus, cui addatur mellis ros. col.
vnc. vnam. Doſis Agarici in infuſione eſt
a vnc. vna & med. vſque ad duas, exem
pli gratia. Recipe Agarici drag. vnam
& med. vel drag. duas, ſalis gemmę ſcrup.
duos, pulueri zentur & infundantur per
ſeptem horas in ſuff. q. oximelis ſimp. de
inde fiat omnium fortis expreſſio, & cū
decoctione florum & fructuum fiat po-
tus, cui adde mel. roſ. col. vnc. mediam.

De Turbit.

Doſis Turbit calid. in tertio, in ſubſtan
tia & in infuſione eſt ſicut Agarici corre-
ctiuumque ipſius eſt Zinziberis ſecunda
pars.

De Coloquintide.

Doſis Coloquintidis quæ eſt calida &
ſicca in tertio, eſt a kirach. vi. vſque ad
decem, eius correctiuum ſecundum Mes.
eſt maſtix.

De Emblicis.

Emblicorum doſis in ſubſtantia eſt ab
aureis duobus vsque ad tres, in infuſione
vero, a tribus vsque ad sex, quorum com
plexio eſt parū frig. ſicc. in primo ordine.

De Bellericis.

Bellericorum dosis est, sicut dosis Emblicorum & cidoniorum. forte sitri noru, qd. nos dract

De Euphorbio.

Euphorbii quod est calid. & siccum in secundo, dosis est secundum Mesuem a mirach. vno vsque ad tres, secundum alios autem, a g. iiii. vsque ad xii. & corrigitur cum mastice & spica.

De Hermodactilis.

Dosis Hermodactilorum, quorum cõplexio est calida & sicca in primo, ad secundum est a drag. duab. vsque ad v. aut plus secundum fortitudinem patientis, corrigitur cum aqua mellis, aut lactis, spica, aut mastice.

De succo Cucumeris asinini.

Dosis succi cucumeris asinini qui est calidus & siccus in tertio, est a g. x. vsque ad scrup. vnum, dosis pulueris eius radicis est a gr. vsque ad drag. iiii. corrigitur & præparatur adiungendo ei aliquid de dragaganto.

De Serapino.

Dosis Serapini est a dra. med. vsque ad aureum, datur cũ aqua rutę, aut endiuię.

De Opoponace.

Opoponacis cuius complexio est calida & sicca in tertio, radix vero ipsius in

secundo dosis est a drag. vnã vsque ad ii.

De Mesereon.

Dosis ipsius secundum Mesuem est a drag. quinque vsque ad vnc. vnam, & in coctionibus & pulueribus a kirach ii. vsque ad v. eius malicia frangitur infundendo per diem vnum in aceto, aut lacte dulci aut acetoso. Extinguitur eius malitia cum malignitate sua cum succo portulacę, & proprie cum succo endiuiæ, secundum Mes. cap. primo. Mirabolani etiam frangunt virtutem eius.

Medicinę purgantes melancholiam

Nunc dicamus de medicints soluentibus melancholiam, & primo de mirabolanis indis, quorum complexio frigida in primo, & sicca in secundo, quorum dosis in substantia est a drag. ii. vsque ad iiii. in infusione vero a iiii. vsque ad x. educunt melancholiã & choleram adustam.

De lapide Lazuli.

Dosis lapidis Lazuli seu stellati abluti, est a dragma vna vsque ad duas, corrigitur & preparatur super lapidem, vel in mortario lapideo teritur & lauatur trecies cum aqua & sic similiter vtendo lauetur decies cum aqua rosata & administretur cum aqua buglosse, & vino odorifero eius complexio calida est, in secundo, &

ſicca in tertio.

De lapide Armeno.

Lapis Armeni calid. in primo datur ſi-
cut lazuli & ita pręparatur & corrigitur.

De Sena.

Doſis Senæ in infuſione & potione eſt
ab aureis iii. vsque ad drag. vnam ſecun-
dum Mes. in pluribus, ſecundum alios au
tem eſt a drag. duabus vsque ad drag. v.
corrigitur & præparatur ſi addatur tan-
tundem zinziberis aut ſalis gemme & ſic
adminiſtratur, datur cum aqua decoctio-
nis florum boraginis, bugloſſæ dactilo-
rum macis & cardamomi, & poteſt deco-
qui in magna quantitate cum brodio car
nium, vel pulli abſque trituratione, &
brodiũ illud ſine moleſtia operatur cum
incidentibus & aperientibus, ſicut cum ſe
minibus fœniculi, aniſorum, dauci, zinzi-
beris, cinamomi, & gariofilorum, & quan
doque adminiſtratur cũ aqua mellis, aut
cum decoctione paſſularum. Eſtque Sena
calid. in principio ſecundi, & ſicc. in pri-
mo, folia autẽ eius calida ſunt in primo.

De Epithimo.

Doſis Epithimi in puluere eſt a drag.
tribus, vſque ad drag. vii. potus eius in de
coctione eſt a drag. v. ad x. ſed non ſu-
matur in quãtitate & parum ſuſtinet de-

coctionē corrigitur si addatur tertia pars. salis gemmę, vel salis indi & debet incorporari cum oleo amigdalino dulci & quādoque administratur cum decoctione mirabolanorum, mellis, & passullarum. Eius complexio calida est & sicca in secundo, secundum vero Gal. calid. est in tertio.

De medicinis solutiuis compositis.

Restat videre modum de dosi medicinarum solutiuarum compositarum, pro quo primo est notandum quod in qualibet medicina solutiua debemus adhibere aliquid quod habeat vim confortādi cor, quia est sententia omnium illustrium medicorum pręcipue Mes. in correctione medicinarū cap. de debilitate stomachi post purgationem cap. decimo, can. tertio, inquit, non prętermittas aliquomodo quin confortetur Cor, qui est thesaurus vitæ. Secundo nota quod, quando volumus euacuare ab aliquo membro particulari, debemus euacuare cum illa medicina solutiua quę respicit illud membrum, vel debemus ponere cum medicina solutiua aliquid directiuum ad membrum, vt puta si velimus euacuare a Capite debemus ponere in decoctione flores stechados arabici & facere decoctionem in aqua capitali, vt est aqua bethonicę vel saluię, & sicut

dico de capite, sic debet intelligi de aliis membris. Tertio, nota quod solutiue cõposite sunt in duplici doctrina, nam quędam sunt lenitiuę & euacuant leniendo, quędam fortes & educunt attrahendo, & ista attrahentia sunt fortiora, vt inferius declarabimus.

De medicinis lenientibus.

Diaprunis non solutiuus valet in materia cholerica, manna, & cassia, similiter in materia cholerica, quamuis & in aliis, & ista sunt simplicia elect. de sebesten, diacatholicon, diacassia hęc valent in omni materia.

De solutiuis compositis cholerę.

Diaphenicon, electuarium de succo rosarum, elect. rosa. Mes. Diacidonium chologogum, electuarium de psilio, diaprunis solut. diarosa. cum rab. ellect. de elescoph, ellect. Indum, diarosa. cũ turbith.

De solutiuis compo. melancholiam.

Confectio hamech, puluis senę pręparatę, diasene Nico. Quarto nota quod in conficiendo medicinam solutiuam, semper debes ponere lenitiuum suum, sicut est sententia Io. Mes. de compilatione medicinarum cap. primo. Inquit .n. lenitas nempe medicinis associata & proprie violentarum virtutum ipsas ad latus incolu-

mitatis declinare facit. Dosis lenitiuarum est a drag. quatuor, vsque ad drag. vi. & ponimus drag. quatuor vel quatuor & med. ad plus solutiui fortis cum lenitiuo, exempli gratia, Si voluero ordinare medicinam euacuantem choleram, sic dicam

Recipe diacatholiconis drag. v. diapheniconis drag. vnam, elect. de succo ros. drag. duas, electuarii de psilio semidrag. misce, & cum decoctione florum & fructuum facta in aqua endiu. & buglossę fiat potus, cui adde syrupi violati vnc. vnam. Ecce quomodo ibi drag. v. lenitiui, & drag. tres & med. solutiui fortis adsunt, & virtus huius medicinæ dirigitur ad hepar & respicit cor mediante decoctione facta in aquis apropriatis. Si vo- luero euacuare materiam phlegmaticam, sic dicam. Recipe diacatholiconis drag. v. electuarii ind. drag. duas, diaphenico- nis drag. vnam & med. misce & cum decoctione florum & fructuũ facta in aqua buglossę & fœniculi fiat potus, cui adde mellis ros. col. vnc. med. Si autem intentio mea fuerit euacuare melancholiam, sic dicam. Recipe diasenæ lenitiui dragmas v. confectionis hamech drag. duas, diasenę Nico. drag. vnam & med. misce & cum decoctione florum & fructuum fa

cta in aqua scolopendriæ & buglossę fiat potus, cui adde syrupi violati vnc. vnam & ficut dico de his solutiuis ita poteris facere medicinas ex aliis solutiuis.

De medicinis quibus communiter Practicantes vtuntur.

Nunc intendimus ponere aliquas quibus communiter practicantes vtuntur, & primo dicam de medicinis compositis choleram soluentibus.

Potio Rhabarbari in infusione.

Recipe Rhabarbari boni & electi scrupulos tres, Spicæ scrup. vnum, incidantur minutim & terãtur, deinde infundantur per septem horas in suff. q. vini odoriferi in hyeme, in estate autem in aqua end. postea fiat fortis expresfio in qua dissolue diacatholiconis, vel mannæ, vel cassiæ drag. v. elect. de succo ros. drag. duas elect. de psilio drag. vnam misce & cum decoctione florum & fructuum facta in aqua buglossæ & endi. fiat potus, cui adde syrupi violati vnciam vnam.

Potio Rhabarbari in substantia.

Recipe Rhabarbari drag. duas, Spicæ scrup. vnum & med. puluerizentur subtiliter, quibus adde diacatholiconis, aut alterius lenitiui drag. v. confectionis de dactilis elect. de succo ros. an. scrup. duos, &

cum decoctione florum & fructuum fiat potus, cui adde syrup. violati vnc. vnam.

Potio alia Rhabarbari in cura dissenterię

Recipe corticum mirabolanorum citrinorum leniter tostorum drag. tres, terantur grosso modo, & cum vnc. viii. aquæ plantaginis fiat decoctio vsque ad consumptionem medietatis, in qua dissolue rhabarbari torrefacti & puluerizati dragmas duas, squinanti scrup. vnum & med. misce cidoniorum vnc. vnam, fiat potus.

Potio alia Rhabarbari in cura dissenteriæ

Recipe corticum mirabolanorum citrinorum chebulorum an. vnc. vnam & mediam terantur grosso modo & cum vnc. viii. aquę plantaginis fiat decoctio vsque ad consumptionem medietatis in qua dissolue Rhabarbari torrefacti & pulueriza ti drag. duas, squinanti scrup. vnum miue cidoniorũ sacharatę vnc. i. & f. potus.

Potio mirabolanorum in infusione.

Recipe mirabolanorum citrinorum drag. quatuor, Spicę scrup. medium, puluerizentur & infundantur per vi. horas in vnc. vna & med. decoctionis passularum, deinde fiat fortis expressio, in qua dissolue elect. de succo ros. vel diaprunis

solutiui drag. tribus, casſię electe vel manne drag. vi. cum decoctione florum & fructuum in sero caprino fiat potus, cui adde syrupi violati vnc. vnam.

Potio mirabolanorum in subſtantia

Recipe mirabolanorũ citrinorũ drag. ii. Spicæ g. v. torrefiant aliquantulum super laminam ferream calidam & subtiliter puluerizentur & cum vino cidoniorum, vel syrup. mirtino ad vnc. ii. & aqua plantaginis quantum sufficit fiat potus.

Potio familiaris & vſitata:

Recipe Caſsiæ nouiter extracte, vel manne, vel diaprunis non solutiui drag. vi. elect. de succo ros. vel diaprunis solu. drag. iii. & med. & cum decoctione florum & fructuum fiat potus, cui adde syrupi violati vnc. vnam.

Potio alia vſitata.

Rccipe Rhabarbari electi drag. vnam, Spice scrup. vnum, puluerizentur groſſo modo et infundantur per septem horas in suff. quantitate aque endi. in eſtate, in hyeme vero in vino odorifero albo. Item recipe agarici electi dragmam vnam, salis gemme scrup. vnũ, puluerizentur groſſo modo & infundantur per septem horas in suff. quantitate oximellis ſimplicis, deinde fiat omnium fortis expreſsio in qua

dissolue manne electe vnc. vnam, confec. de dactilis, elec. de succo ros. an. drag. vnam, misce & fiat potus, cui adde syrupi violati vnc. vnam.

De medicinis compositis
soluentibus phlegma

Nunc dicamus de medicinis compositis soluentibus phlegma, & prius de agarico in substantia. Recipe Agarici albi leuis & frangibilis drag. vnam, salis gemmę, zinziberis an. scrup. med. quibus adde manne, vel diacatholiconis drag. v. electuarii indi misce & cum decoctione florum & fructuum & passularum facta in aqua melisse & fœniculi fiat potus, cui adde mellis ros. collati vnc. vnam.

Potio Agarici in infusione

Recipe Agarici scrup. iii. zinziberis salis gemme an. scrup. med. puluerizentur in suff. quantitate vini albi odoriferi, vel oximelitis simplicis, vel aliqua aqua ex digestiuis phlegmatis, deinde fiat fortis expressio in qua dissolue cassie electe, vel manne, vel alicuius alterius electuarii lenitiui drag. v. electuarii indi drag. ii. & cum decoctione florum & fructuum facta in aqua melisse, & fœniculi fiat potus cui adde mellis rosati collati vnc. vnam.

Potio Turbith in infusione.

Recipe Turbith boni mundati & mediocriter triti scrup. iiii. zinzib. scrup. elect. indi scrup. ii. vel ii. & med. terantur & infundantur per horas viii. in sufficienti quantitate vini albi odoriferi, vel in decoctione passularũ, vel in aliqua ex aquis digestiuis phlegmatis, deinde fiat fortis expressio in qua dissolue cassiæ nouiter extractę, vel mannę, vel alterius lenitiui drag. v, electuarii indi drag. ii. misce & cũ decoctione predicta fiat potus, cui adde mellis rosati colati vnciam vnam.

De medicinis compositis Melancholiam soluentibus.

Recipe cassię nouiter extractę vnc. vnã, confectionis hamech dragm. iii. misce, & cum saccharo fiat bolus.

Alia potio.

Recipe diacatholicorum vel diasenę lenitiui drag. xi. Diasenę Nico. drag. iii. & med. misce & cum decoctione florum & fructuum Epithimi foliculorum senæ facta in aqua boraginis fiat potus, cui adde syrupi violati vnc. vnã. Et nota quod medicina in forma boli potest fieri in quacunque materia siue cholerica, siue phlegmatica cum lenitiuis & solutiuis appro-

priatis. Nota quod dosis lenitiui, & solutiui potest aliqualiter augere, & diminui secundum fortitudinem, & debilitatem tam ægrotantis, quam medicinæ.

De pilulis.

Restat iam dicendum de pilul. Dosis pilularum secundum communiter Practicantes est drag. vna & plus vel minus secundum materiam simplicium ingredientium ipsas, & secũdum fortitudinem & debilitatem morbi, & virtutem patientis, quia aliquando acuimus ipsarum virtutem cum diagridio, vt Recipe pilularum aggregatiuarum scrup. ii. diagridii g. ii. bene pulierizati, misce & fac pilul. numero v. vel plus, vel minus secundum fortitudinem & virtutem, vt supra relinquitur autem hoc periti Medici.

Pilulæ choleram euacuantes.

Pil.	Aureæ Mes. siue quibus Nic. arabicæ Mes.	A capite.
	De Rhabar. Mes.	Ab hepate.
	Aggregatiuæ	A toto.

Pilulæ euacuantes phlegma.

A capite.

De hiera cum agarico, siue hiera Nico.

Cocchie Almanso. de hiera simp. Gal.
fetide Nic. & Mes. siue quibus Nico.
De opoponace Mes. De euphorbio Mes:
Arabice Nico. Assaiareth Bar. mõ.

A pectore.

De agarico Mes. Agaricus trociscatus

A stomacho.

Elephangine Mes. De Mastice Mes.
Stomatice Mes. De mastice Cono

A iuncturis.

De hermodact. Mes. De serapino Mes.
Artetice Nico.
Alletereon Ab hydrope
Lucis Mes. Ab oculis.

De pillulis euacuantibus melancholiam.

Ab hepate, & splene.

Inde Mes. De fumo terrę
De lapide lazuli De lapide Armeno.

Nota quod si non habuero preparatas pilulas ab aliquo membro euacuantes accipiam pilulas ab aliquo membro euacuantes cum aliquo directiuo ad illud membrũ a quo vis euacuare. Nota item quod pilulæ quæ dantur ad minorationem materiæ, debent dari in minori dosi, quam dantur ad eradicationẽ, vnde cum dantur ad eradicationem datur drag. i. sufficit autem ad minorationem scrup. ii.

De medicinis non solutiuis.

Nunc tria principaliter dicamus de dosi medicinarum non solutiuarum, & primo de elect. & confect. & etiam de aliis sequentibus. Electuarium differt a confect. nam electuarium fit ex sacchâro, vel melle, aut syrupo, confectio vero fit ex saccharo solum dissolutum in aliqua aqua dicitur electuarium quasi ex pluribus electum, confectio autem quasi cum aliis factio vel compositio. Nota diligenter quod in compositione electuariorum pro qualibet lib. zucha. vel mellis, aut syrupi antiquitus ponere solebant drag. iii. pulueris nunc autem aromatari pro qualibet libr. zucch. vel mellis, vel syrupi ponunt in electuariis vnc. ii. pulueris, & hoc faciunt, vt electuaria sint magis gustui delectabilia. In confectionibus solidis aromatarii nostri temporis pro libr. zuccha. in confectionibus drag. vi. pulueris, ita quod pro drag. vna pulueris dant vnc. ii. zucchari. Antiquitus vero solebãt in lib. zucchari ponere drag. iii. pulueris. Exempli gratia, si voluero ordinare electuariũ secundum antiquos sic dicam. Recipe specierum aromatici ros. specierum diarodonis abbatis an. vnc. med. zucchari dissoluti in aqua ros. libr. i. fit confectio

ſolida in rotulis. Exemplum ſecundum aromatarios noſtri temporis. Recipe ſpecierum aromatici roſarum, ſpecierum dia rodonis abbatis an. vnc. iiii. zucchari diſſoluti in aqua roſ. fiat confectio in forma ſolida in rotulis. Nota inſuper quod doſis cõmunis electuariorum eſt a drag. iii. ad drag. iiii. ſequendo de elect. non ſolutiuis. Doſis vero communis confectionis non ſolu. eſt a drag. quatuor, ad drag. quinque, & plus & minus ſecundum diuerſas relatione. Nota etiam quod electuaria & confectiones non ſolut. debent dari ante cibum per duas horas, & hoc eſt conſuetudo apud Practicantes, & hoc habet veritatem de elect. confortantibus ſtomachum, electuaria vero confortantia caput debent exhiberi poſt cœnam per horam ad quantitatem fabę. Reſtat modo videre de electuariis, & cõfectionibus appropriatis vnicuique mẽbro particulari.

Electuaria calida confortantia caput.

Pliris aromaticon, Aurea Alexandrina, Theriaca fermẽtata, Mitridatum, Diaconis, Dialibanus.

Diacaſtoreum, Diarrhodon, Zuccharum viol. Theodorinum, Confec. anacardina, Confectio de muſco.

Diambra, Acori conditi, Zuccharum rosatum, Loch de papauere, Conseruā. florum nenu. Chebuli conditi.

Electuaria calefacientia splenem.

Diacalamentum, Conserue saluię, Conserue florum stechados.

Loch de squilla, Dialisophos, Dianthos.

Conserue florum rorisma. Loch sanū & expertum, Loch de pulmone vulpis.

Electuaria calefacientia cor.

Elect. de gemmis, Confectio de xiloaloes, Aromaticum muscatum.

Gallia muscata, Diamargariton, Confectio de musco, Electuarium lętificans, Confectio de cino.

Cortices citri conditi, Diantum, seu Dianthos, Conditum de buglossa, Conserua buglossę, Electua. de pomis.

Electuaria calefacientia stomachum.

Theriaca fermentata, Diaciminum, Diamuscum, Rosata nouella.

Diazinziber, Diatrion pipereon, Mitridatum, Diagalanga.

Aromaticum rosatum, Aromaticum nardinum, Zinziber conditum.

Electuaria calefacientia hepar.

Diaciminum, Diacalamentum, Diacinamomum, Diacostum.

Electuaria calefacientia matricem.

Diacalamentum, Trifera magna, Confectio de acetosis.

Confectio de xiloaloe, Diambra, Electuarium ducis.

Diacinamomum, Electuarium dulce.

Electuaria calefacientia iuncturas

Confectio anacardina, Conserua roris marini, Conserua florum stichados.

Diacorus, Acori conditi.

Diazinziber, Conserua saluię.

Electuaria infrigidãtia pectus.

Zuccharum violatum, Diagragantum frigidum.

Loch de furfure simplic. Diapapauer.

Diapenidion sine speciebus calidis.

Electuaria infrigidantia cor.

Zuccharum rosatum, Triasandali, Manus crist.

Diagalanga, Diacurcuma, Diabuglossatum.

Diarrhodon abbatis, Confectio de ace

tosis, Dialacca.

Electuaria infrigidantia hepar.
Zuccharum rosatum, Triasandali.
Trifera magna, Zuccharum violatum.
Diacoston, Diacoppon.

Electuaria infrigidantia splenem.
Triasandali, Zuccharum violatum, Zuccharum rosatum.
Conserue florũ stichados, Diarhodon.

Electuaria infrigidantia stomachum.
Zuccharum ros. Zuccharũ violatum.
Diarhodon descriptione cõmuni, Diacitonion sine speciebus.

Electuaria infrigidantia iuncturas.
Diarhodon, Succum rosatum.
Zuccharum violatum, Triasandali.

De Trociscis.

Restat modo videre de trociscis, est autem trociscus rotunda compositio cũ quadam depressione ad similitudinem magni lupini, communis dosis trociscorum pręter eos, qui oppiati sunt, est a drag. vna & media, vsque ad dragmas duas, licet sit melius non transcendere vi. trocisci au-

tem apertiui non debent exhiberi vltra quantitatem scrup. vnum, aut drag. med. Medicina sub forma trociscorum diutius conseruatur quam sub forma pilularum aut electuariorum, aut confectionum, aut coctionum, exempli gratia, si voluero ordinare cōpositionem vnam trociscorum sic dicam. Recipe masticis cinamomi electi, gariofilorum, coriandrorum præparatorum, calami aromatici an. drag. med. fiant trocisci cum syru. de menta, vel cum aliqua aqua appropriata intētionem Medici dummodo pondus vnius trocisci nō excedat drag. med. & debent exsiccari in vmbra. Vnde si voluero ordinare pilulas sic dicam. Recipe trociscorum supra ordinatorum drag. vnam, puluerizentur & cum zuccaro dissoluantur in aqua mentę, aut in aliqua alia secundum intentionem, & fiat cōfectio in rotulis trium dragmarum pro qualibet, similiter dicam de decoctionibus.

De clysteribus.

Restat modo videre de clysteribus multiplex autem est clystere quodam lenitiuum quod fit in febribus calidis, vt Recipe florum maluę, blitis, violarum, Mercurialis, hordei an. m. med. fiat decoctio in

sufficienti quantitate ad consumptionem tertiæ partis, deinde fiat colatura de qua accipe lib. vnã casſię nouiter extractę, zucchari rubri an. vnc. vnã, olei violati vnc. quatuor, vitelli oui nu. i. salis drag. iii. fiat clyſtere, vel enema. Quoddam eſt clyſtere lauatiuum quod fit hoc modo. Recipe aquæ hordei, vel brodii pulli in quo decoctum ſit hordei libr. vna, zucchari rubri vnc. vna & med. vitelli oui num. i. fiat clyſtere ſine sale, & ſine oleo & fiat poſt exhibitionem medicinę solutiuę scã moneate. Quoddam fit clyſtere partim lauatiuum & partim solutiuum, vt Recipe florum maluæ, cammomilæ an. mani. med. fiat decoctio in suff. quantitate aquę de qua accipe lib. vnam, casſiæ nouiter extractę, hierę pigrę, zucchari rubri an. vnc. med. olei chamomelini, aut violati vnc. quatuor, salis drag. iii. vitelli oui nu. i. misce & fac clyſtere, vel ſic Recipe brodii pulli in quo ſit camomilla decocta lib. vna, Casſiæ, hiere pigre, vel benedictæ, zucchari rubri an. vnc. med. mellis rosati col. vnc. ii. olei camomelini, vel violati vnc. iii. salis drag. iii. vitelli oui nu. i. misce & fac clyſtere & hęc duo enemata conueniunt febribus calidis, vbi ſit aliqua materia phlagmatica, ventosa, & biliosa.

Quoddam est clystere constrictiuum, vt Recipe rosarum rubearum balaustiorum hordei torrefacti, granorum mirti an. manip. med. cōtundantur, & bulliant in sufficiēti quantitate aquæ cum castrati donec caput sit coctum. Deinde fiat colatura de qua sumat lib. i. boli armeni sanguinis draconis an. scrup. i. olei ros. omphacini. vnc. ii. pinguedinis renum caprarum vnc. i. misce, & fiat enema cum vitello vnius oui assati dissoluti in brodio dicto, & istud enema conuenit in fluxu maxime diuretico possunt etiam consimilia clysteria multiplicari secundum intentionem Medici.

Quoddam est clystere carminantiuum forte, vt Recipe rerum carminantiuarum an. manip. med. fiat decoctio in suff. quantitate aquæ, vsque ad consumptionem tertiæ partis, deinde fint colatura de qua recipe lib. vnam benedictæ, zucchari rubri an. vnc. i. mellis ros. col. vnc. ii. olei de lilio vel ruthæ vnc. iii. salis drag. iii. misce & fiat enema, si autem volueris facere fortius, potes addere drag. ii. vel dragm. iii. olei de baccis lauri, et istud clystere conuenit in dolore forti a materia frigida.

Quoddam est clystere fortissimum fortissime resoluens materiam phlegmaticā

& competit paralisi,& apoplexiæ,vt Recipe centauri minoris vtriusque saluiæ, abrotani, calamenti, origani an. m. med. anisi,rorismarini, sebesten, seminis basiliconis maioris an. vnc. med. florum sticados arabici vnc. i. pulpæ coloquintidos drag. ii. mellis anacardini, olei de castoreo an. quartã medietatem salis gemmæ drag. vna hieræ picræ, ellebori albi an. drag. vi. bulliant omnia præter hyeram picram in decem libr. aquę vsque ad consumptionẽ medietatis coletur,& colaturę sumãtur v. partes,& addatur hiere picre, & iniiciatur. Est enim efficax propriũ, & vltimum. Est aliud clystere commune in quacunque dispositione leui apud mulieres, vt Recipe brodii carnium,vel decoctionis mat. violarum hordei lib. vna zucchari rubri vnc. vnã & med. vitelli oui numero vno,olei violati vnc. iii. salis drag. iii. misce, & fiat enema commune. Notandum tamen est quod enema potest variari,& multiplicari secundum varias Medicorum intentiones, sed nota quod solutiua quæ ingrediuntur enemata fortia in secunda,sunt doctrina quędam enim sunt solutiua simplicia quędam sunt solutiua compositiua simplicia sunt vt turbith. sal gemmę coloquintis agaricus, & ista po-

nuntur in decoctione enematum in dosi duarum drachmarum, sal gemmę ponitur in quantitate drag. vna. Composita sunt diaphenicon, hiera picra, hiera logodion, electuarium de baccis lauri, benedicta, electuariumelescoph, electuarium indum. De istis possumus ponere vnc. vnam, aliquando plus, aliquando minus, secũdum quod placet Medico. Apparet igitur dosis clysteriorum decoctio enim communis est vnc. xii. Possumus tamen ascendere ad vnc. xvi. solutiua simplicia quę ponuntur in decoctione non debent transcendere drag. iii. Solutiua autem composita debent poni ab vnc. med. ad vnc. vnam & med. aliquando ad vnc. duas, oleum debet esse vnc. iii. sal debet esse drag. iii. & hęc de dosi clysteriorum.

De Epithematibus.

Epithema est medicina composita ex aquis destillatis, speciebus que mediante panno lineo, vel laneo applicatur membro infuso in aquis prędictis. Vnde licet Epithema possit cuilibet membro applicari, tamẽ communiter tribus applicatur membris, cordi, hepati, & renibus. Dosis epithematum quantum ad aquas communiter est vnc. xii. Dosis vero specierum

communiter est dragm. vna & med. licet aliquando Practicantes plus ponāt, exempli gratia, si voluero ordinare epithema cordiale sic dicam. Recipe aque ros. buglossę, melissę, acetosę an. vnc. iii. pulueris pro epithemate cordiali drag. vnam et med. vel drag. ii. croci parum, vini maluatici vnc. ii. misce & fiat epithema pro corde. Pro hepate sic dicam, Recipe aquarum ros. endiu. hepatice, solatri an. vnc. iii. sandali rubri drag. vnam & med. vel drag. ii. aceti vnc. vnam, misce, & fiat epithema pro hepate. Et nota quod idem epithema potest applicari renibus, & sic apparet dosis epithematum.

De Vnguentis.

Vnguētum est quod ex oleo, vel oleis pulueribus, & modico cerę, vel gūmi perficitur, Et sciendum, quod pro qualibet vnc. olei, vel succi debemus ponere dragmam vnam pulueris, vel ad plus dragmā vnam & med. cum modico cerę. Nota tamen quod vnguentum potest habere triplicem formam, nam quoddam est molle, quoddā mediocre, quoddam grossum. Vnde si voluero ordinare vnguentum sic dicam Recipe olei de absinthio, nar-

dini,olei de mentha an. vnc.vnam,puluẹris gariofilorum,masticis, calami aromatici an. drag. i. cerę parum, & fiat vnguentum molle,vel cerę parum,& fiat vnguentum mediocre,vel ceræ quantum sufficit, & fiat vnguentum grossum. Notandum est etiam quod vnguentũ potest fieri cum gummis,vt puta cum armoniaco, serapino sic dicendo. Recipe olei de mentha, olei nardini,olei de absinthio an. vnciam vnam,pulueris gariofilorũ,masticis, menthę an. vnciam vnam, armoniaci serapini dissoluti in aceto an.quantum sufficit,fiat vnguentũ,et sic patet dosis vnguentorũ.

De Cerotis.

Cerotum est medicina dura,quę applicatur membro fortiter adherens, vnde differt ab vnguento, quia vnguentum fit cum cera, & fit cerotum cum resina. Notandum est quod sicuti pro qualibet vnc. olei, vel alterius liquoris damus dragmã vnam pulueris conficiendo vnguentum, ita etiam conficiendo cerotum, exempli gratia, si voluero ordinare cerotum sic dicam, Recipe olei cidoniorum decoctorum,de mentha an.vnciam vnam.gariofilorum,masticis an.drag.i.resinę quantum

sufficit, & fiat cerotum. Notandum est etiam quod cerotum est multiplex, nam quoddam est cerebrale, & fit in forma orbiculari, quoddam est stomachale, quod fit in forma triangulari, quoddam est epaticum, quod fit in forma Lunę, vt hęc figura (,quoddam est spleneticum, quod etiam fit in forma rotunda, vel vt quidam dicunt, in forma quadrata. Notandum insuper est, quod ista se habēt per ordinem vnguentum, cerotũ, & emplastrum, nam cerotum fortioris oppositionis est quā vnguentum, & emplastrum fortioris oppositionis est quam cerotum, vnde Medicus debet primum ordinare vnguentum, deinde cerotũ, postea emplastrum, & sic gradatim a debilioribus ad fortiora ascēdere

De Emplastris.

Emplastrum est medicina ex multis composita, & confecta, quę aut bulierint, aut cōtuse fuerint, & secundum propria corpora super membro posita, & in sua substantia. Notandum quod primo Medicus volens ordinare emplastrum nō debet puluerizare ingredientia sicut est radix altheę, camomillę, mellilori, sed ista debent decoqui ad spissitudinem, deinde

cõtundi quibus contusis debet addi oleũ, vel pinguedo conueniens. Notandum secundo, quod Medicus volẽs ordinare emplastrum pro quolibet m. herbarum, vel radicum, debet ponere vnc. vnam & mediam, olei, vel alterius liquoris, vt butiri, pinguedinis gallinę, anatis, anseris, porci, & reliqua, exẽpli gratia. Recipe florum camomillę, mellilori, sem. aneti an. m. medium, bulliant in aqua ad spisfitudinem, deinde cõtũdãtur, & cũ oleo de camomilla, de aneto, de lilio an. vnc. vnam, fiat emplastrum, & sicut dico de oleis, possumus etiam dicere de butiro, & de pinguedinibus supradictis.

De Embrocatione & Fomentis


Embrocatio est casus aquę ab alto in qua bullierint herbe supra membrum lęsum, & quilibet m. herbę vult lib. i. aquę, & debent decoqui ad cõsumptionem medietatis, deinde fiat colatura, & postea embrocatio. Ita etiam possemus dicere de fomentatione, sed fomentatio fit cum spongia madefacta, aut filtro madefacto in prędicta decoctione loco patienti applicata. Et sic Deo duce imponimus huic tractatui finem.

FINIS.

COMPENDIVM BREVE Benedicti Victorii Fauentini, de dosibus medicinarum.



Caput primum.



SERMO iste breuis tria habet capita principalia, primũ caput est medicinarum soluẽtium, secũdum caput erit digerentium, tertiũ vnguentorum & emplastrorum. Pro primo capite attende, quod medicinę soluentes quędam sũt in forma potabili, quędam in forma pilularum. Et quoniam medicinę soluentes in forma potabili, & in forma boli, eodem cursu currunt, ideo primo de his similiter sermonem habebimus. Et nota, quod medicinę soluentes sunt duplices, quędam

sunt, quę soluunt electiue humorem proprium, vt Scammonea coleram, Sena, epithimum, melancholiam, Turbit, & agaricus pituitam, quędam sunt medicinę soluentes leniendo, & sunt illæ quæ euacuant a viis latis educendo materias communes, & ideo sunt basis omnium medicinarum electiue soluentium, veluti est cassia fistula, manna, thamarindi, & condimenta quædam, sicut cõfectio de prunis sine scamonea, de sebesten sine scamonea, & de cassia sine scamonea. Dosabis igitur medicinas soluentes leniendo, secundo medicinas soluentes secundum electionem humorum educendorum. Et attende quod cum dosis medicinarum sit quantitas ponderalis earundem, quod in volendo dosare medicinas lenitiuas debes habere respectum ad ætates principaliter, eorum corpora, quæ lenitiue euacuari debent. Considerabis igitur tres ætates, primo ætatem a septimo ætatis anno infra, secundo a septimo vsque ad sexagesimum annum, tertio a sexagesimo vsque ad vltimũ seniũ. In prima itaque ætate Medicus debet esse valde prudens, & timorosus in dando medicinas solutiuas, in quibus ĩgreditur scamonea, vel aliud forte solutiuũ, sicut est turbith, esula, & etiam pro parte agari-

cus, quoniam a septem annis infra ætatis corporis humani humidum eſt valde resolubile, & medicina electiueoperans nedum agitat humidum, verum etiam sui caliditate illud consumit, ideo consulo quod Medicus inquantum poteſt, caueat ab exhibitione medicinarum in dicta prima ætate. Sed quoniam medicinæ lenientes vltra hoc quod euacuãt materias communes in viis latis exiſtentes, non vitiant membra, a quibus educunt, ideo in hac prima ętate denegandę corpori non erunt. Quarum doſis communis erit maior vsque ad drag. vii. Iuniorum vero secũdum quod annuatim minorabitur ętas a septimo anno infra, vt in ætate septem annorum audacter exhibe caſſiam ad doſim dragmarum vii. In ætate sexannorum vi. dragm. dabis. In ętate vero quinque annorum drag. v. cum veneris ad ętatem quatuor annorum consulo, vt nullatenus des ipſis pueris medicinas lenientes, quoniam sui viscose subſtantię, & dulcedine facile commouent vermes. Igitur pueris a quatuor annis infra prohibebis omnia hæc caſſiam, & confectionem de sebeſten, & confectionem de prunis, & ſimilia his, eo tamen tempore libere poteris offerre ipſis pueris rheubarbarum in sub

ſtantia mag. quia oppugnat vermibus, minus vero in infuſione. Et maior doſis rheubarbari in dicta ætate erit vsque ad drag. vnam, vel in forma pilulari, vel in forma potabili. In ætate vero media, cuius sunt tres particulares ætates, vna vsque ad xviii. annum, alia vsque ad quadrageſimum, tertia vsque ad sexageſimũ: In prima ętate doſis medicinarum lenientium poterit ascendere vsque ad drag. x. a decem & octo vsque ad quadraginta, vsque ad vnc. vnam & med. a quadraginta vsque ad sexaginta quandoque drag. decem, quandoque vnc. vnam & med. dare poteris attenta conſideratione ad obedientiam, vel inobedientiam alui, ſiue ea tribue in forma boli, vel in forma potabili. In tertia ętate vero, quę eſt vsque ad vltimum senium nunquam transcendas doſim dragmarũ x. medicinarũ lenientium. Et ſic in omni ætate audacter poteris contribuere prędictas doses medicinarum lenientium: Demum conſiderabis doſim medicinarum electiue soluentium. Et attende, quod tales medicinę sunt in duplici differentia. Quędam enim sunt furiosę in suis operationibus, & modo soluendi, vt scamoneũ, elaterium, quarum operationes sunt ſicut furioſi operationes, & ideo

cogitabis quod dosis dictarum medicinarum sit per gr. & non per dragm. vel per scru. & in dando tales medicinas corpori humano non attingas vsque ad scrup. earum, sed multo infra dosabis eas per grana adeo vt earum dosis non sint, nisi gr. x. si vero sint medicinę laboriosę soluentes non tamen cum furia, & celeri euacuatione materię peccantis: dosis earum non attinget vnc. sed communis dosis earum non debet pręterire vnc. med. vt turbith, agaricus, aloes. Si vero fuerint medicinę electiue soluentes compositę, quę soluunt per virtutem scamoneę, vel alterius forțiter soluentis, dosis earum de per se non debet præterire drag. quatuor sicut est electuarium indum, electuarium de dactilis. Confectio amech, confectio elescoph. Electuarium de sycco rosarum. Si vero hę medicinę compositę in quibus est virtus scamoneæ, vel alterius electiue soluentis, offerantur corpori humano permixtę cum medicinis lenientibus sicut est communis practicandi modus, nō attingas earum vnc. med. sed secundum quātitatem medicinę lenitiuæ dosabis prædictas medicinas, vt si maior sit dosis lenientium, minor dicatur esse dosis electiue soluentium, verbi gratia, si dabis drag. vi. cassiæ

fiſtulæ nouiter tracte, vel alterius de prędictis medicinis lenitiuis secure poteris ei admiscere electuariũ indum, vel diaſinico nem in doſi dragmarum trium. Si vero le nitiuum fuerit vncia vna, ſolutiui doſis non tranſeat drag. ii. & ad plus drag. ii. cum dimidia, & eandem doſim ſolutiuorum obſeruabis, ſi plura ſolutiua adinuicem permiſcere volueris, ſiue hoc fiat in forma boli, ſiue in forma potabili.

Si vero Medicus morbũ curabit cum exhibitione pilularum, conſideret primo ſi compoſitionem illarum ingreditur ſcamonea vel non, ſi non, ſicut in pilulis de agarico, et de aſſaiaret, de aloe lota, tũc doſis iſtarum debet esse vsque ad maximam doſim quæ eſt dragmarum ii. Et quia melius eſt infra subſiſtere quam complete euacuare, ideo communis earũ doſis maior erit vsque ad dragmam vnam & med. attenta etiam ætate ipſius patientis, quoniam ſi eſſet puer, vel ſenex, earum doſim minuere debebis, ſi vero in earum pilularum compoſitionem ingrediatur ſcamonea, debes conſiderare quantitatem ſcamoneæ ingredientis, ſi maior illius quantitas fuerit, tunc minues doſim earum, dato etiam quod non multum ingrederetur de ſcamonea, ſed ſi cum ea multa alia ſol

uentia ingrederentur, ſicut sunt pilulæ chochiæ almanſ. Et pilulæ fœtide, & multe alie his ſimiles, quarum doſis communis maior eſt dragm. vna, vsque ad scrupulos quatuor, tunc conſidera quod tales pilulæ medicinæ sunt prohibendæ & cauendæ a Medico in prima ætate, & tertia de iam dictis ætatibus, vbi vero has pilulas compones cum pilulis, in quarum compoſitionem non ingreditur scamonea, vel aliud forte solutiuum, secundum quantitatem pilulæ non scamoneate, verbi gratia, cum scrup. duobus pilularum assaiaret, vel de agarico, vel elefanginarum poteris permiscere scrup. ii. vel ii. & med. pilularum scamoneatarum vel aliud forte solutiuum. Et hec de medicinis soluentibus tum leniendo, tum electiue educendo.

Secundum caput eſt de digerentibus, seu de doſi ipsorum quæ corpori humano offerri debent.

Attende quod cum maior virtus alteratiua membrorum corporis humani ſit in decoctione facta ex appropriatis ſimplicibus materiæ digerende, quam reperiatur in syrupis & aquis diſtilatis, ideo

consulo, quod ceteris paribus maior quā titas syruporum cum aquis destillatis corpori exhibeatur quam ipsius decoctionis, ob quam rem considera quantitatem corporis patientis, & quantitatem materie peccantis digerende, quod si corpus robustum & magnum fuerit, cuius membra sint proportionata quantitate, poteris syruporum dosim crescere cum aquis destillatis vsque ad vnc. viii. pro vice ei offerantur vnc. iii. syruporum & in his non ingrediatur aliquod solutiuum, & vnc. v aquarum. quod si non fuerit tante magnitudins & roboris corpus, vel in etate pueritie, minuere debes dosim syruporum secundum quantitatem minoris corporis, & etiam etatem pueritiæ, vt si communis dosis syruporum cū aquis destillatis fuerint vnc. v. secundum quod corpus erit excedentis quantitatis & crassitiei, & etiā materia erit multa, exhibebimus maiorem dosim syruporum. Si vero a mediocritate corporis minuat corpus humanū, & in eo pauca sit materia. Infra communem dosim syruporum poteris deuenire ad vnc. iii. vsque ad vnc. iii. syruporum cum aquis destillatis. Si vero pergratum erit Medico, vel infirmo digerere materiam cum decoctionisbus, cum in ea maior sit

ior ſit virtus digeſtiua illius decoctionis doſis erit vſque ad vnc. v. vna cum modico zucchari, vt melius natura voluptuetur in ea, qua etiam decoctione in ſua doſi poteris permiſcere vnc. vnam ſyruporum ſecundum quod expediat pro digeſtione huius vel alterius materię digerendę, & hæc de doſi digerentium dicta ſint.

Tertium caput de vnguentis & emplaſtris.

In omni quantitate vnguentorum doſis debet eſſe talis, vt pro qualibet vncia oleorum, vel ſuccorum ingredietium vnguenta ſufficit drag. med. puluerum ingredientium dicta vnguenta, quod ſi volueris vnguenta in ſuis virtutibus vigorare, pro quælibet vnc. olei, vel ſuccorum addere poteris drag. vnã pulueris, de doſi ceræ ingredientis huiuſmodi vnguenta dicimus quod diuerſificanda erit ſecundũ quod attendimus maiori, vel minori vnguentorum denſitati. Vbi velimus denſius vnguentum, plus de cera dabimus. Vbi verò minorem denſitatem requirimus, & minus de cera contribuimus, ob quam rem cum cerota componere voluerimus, maiorem ceræ doſim cõtribuemus.

Vbi vero vnguenta mollia tentabimus, & maiorem cerę quantitatem addemus. In prędictis quoque vnguentis considerare debes quantitatem, seu dosim oleorum ingredientium, similiter succorum, & puluerum, & quandoque gummorum iuxta quantitatem humorum peccātium, quod si humor peccans calidus fuerit, dosim frigidorum augmentabis. Si vero frigidus, dosim calidorum in maiori quātitate pręparabis. Et simili modo in passiuis de humido, & sicco dicemus, semper tamen attenta complexione mēbri peccantis. quod si fuerit membrum complexionis frigidæ patiatur, autem ęgritudinem calidam, dosis medicamentorum debet declinare ad maiorem gradum frigiditatis, primo vt repellamus calidam, secundo vt temperaturam frigidam membri conseruemus, & sicut dico de hac, dicendum est de complexione calida, sicca, & humida. Et attende quod si membra principalia patiantur a mala complexione calida, vel frigida, non debes illis applicare vnguenta, vel cerota quæ sunt vehementis frigiditatis, vel caliditatis, quoniā medicamenta intensæ qualitatis, non debent applicari membris principalibus propter rationes datas a Principe in quarta primi. Si vero volueris em-

plaſtra componere aduerte, quod ea, quæ decoquuntur, vt herbę, ſemina, radices, in maiori doſi debent aſſumi, quam ſit doſis pinguium, puluerum, farinarum, & oleorum ingredientium dicta emplaſtra, quoniam de oleis in emplaſtris tantum debes apponere, & de pinguibus aliis ſicut buti roſa, & pinguedines tantum debes apponere quantum ſufficit ad impinguandum ſolum ipſa emplaſtra. Et hoc vt aliorum virtutes non confundantur. Et in his emplaſtris debes habere conſiderationem ad complexionem morbi peccantis, quod ſi morbus calidus fuerit, vigeant in emplaſtro frigida, non tamen ſine adiutorio aliquorum calidorum, ne ſua frigiditate con ſtipetur, & conpingatur materia in loco laborãte. Simili modo ſi complexio morbi fuerit frigida, non ſis contentus ſolis calidis, ne eorum caliditate membrum patiens diſſoluatur. Et ideo relinquo prudentię Medici in doſando emplaſtro, & eorum quę ingrediuntur ipſa, infrigidando calidis complicare, & in humido, ſiccis & e contra. Et hæc ſunt de oleis & vnguentis, ac emplaſtris.



CONCLVSIONES

BARTHOLOMEI MONtagnanæ de compoſitíone, & doſi medicamentorum, etiam omníum fere ſimplicium.



INOR debet eſſe doſis ingredientis cōpoſitionem, quæ eſt eleuata in gradu, quam quæ non eſt ita. Elleborus in gradu, vt ſi Spicinardi, Camomillæ adiungatur, minor debet eſſe doſis quam Camomillæ, quę eſt calida & ſicca in primo, & prima inuaſione.

Maior debet eſſe medicine doſis habentis reſpectum ad longinquas partes, quam ad propinquas, & agaricus licet educat phlegma a toto corpore, maior tamen eſt reſpectus eius ad ſtomachum. Et Hermodactili maiorem habent reſpectum ad iuncturas, quare in comparatione ipſorum cum Agarico maior debet eſſe doſis Hermodactilorum ad educendum phlegma ex vtroque.

Minor debet eſſe doſis Scamoneæ, quā Rhabarbari, & tanto minor quanto excedit in gradu.

Medicinę ingredientis compositionem multorum iuuamentorum, vel operationum, minor erit dosis, quam multorum iuuamentorum tardę operationis.

In medicina ponuntur aliquando due pro basi aliquando tres, aliquando vna tantum, vt in Benedicta ponitur Turbith ad euacuandum phlegma a renibus, & iuncturis, & ad ipsum fortificandum ponuntur Hermodactili, & quia tarde operationis Scamonea in paralysi, queritur materierum consumptio, & neruorum corroboratio. Ergo simul miscetur Castoreum & Piretrum pro vna basi, aliquando ponuntur in vna basi duę medicinę contrarię cognatę membris diuersis, quia natura diuidit vnicuique suum proprium & conueniens. Nam vnumquodque membrum non remouet quod sibi non conuenit, ad quod iuuatur ab attractiua & aspectu membri.

In solutiuis quarti gradus distinguitur quia ponimus primo gradu solutiuum. Aquam lactis, syrupum violatum, mel rosatum colatum. In secundo Thamarindos cassiam fistulam, mannam. In tertio Polipodium rhabarba. & similia. In quarto Scamoneum, serapinum colatum. Dosis autem in minori gradu minor erit.

Tenenda hęc regula firma & ſolida ne tranſcendant vnc. ii. syru. licet doſis con ſueta ſit vnc. ii. neque vnc. iii. aquarum pro ſingulis viribus.

Volens ordinare ſyrupum debet aſſumere accommodatum membro cui paretur ſyrupus, & ad ſtomachum. Abſinthii ſyrupus vnc. vna, & de mentha vnc. ii. aque eorūdem an. vnc. ii. in caſu frigido.

Hec regula ſit infallibilis in omni affectu calido & frigido, ſi dandus erit ſyrupus miſcere conducit aliquam aquam cordialem, & bugloſſe, vel meliſſe.

Omnes ſyrupi compoſiti ex variis medicinis reſpicientes varias egritudines appellātur magiſtrales, vt ex Abſinthio, ex ſtechade, ſtomacho, & capiti.

Medicinę educentes, alię ſunt lenitiuę, vt Caſſia, manna, diacaſſia, ſebeſten, Alię laxatiuę, quarum alię ſimplices propriorum quatuorum humorum, alię compoſitę vel in pilulis, vel electuariis.

Doſes.

Syruporū doſis ad hauſtū vnū vnc. ii.
Aquarū cū mixtura ſyr. duplū totius.
Decoctorū ſiue ſyrupus ad vn. iiii. med
Elect. a drag. ii. vſq; ad vnc. ii. nō certa.
Loch ad vnc. med. ſucceſſiue lābendo.

In digeſtiuis obſeruandum quod mem brũ pręcipue peccet quod vbi remotum fuerit ab ore plus aque digeſtiue hauſtus miſcendum, ſi proprius, plus ſyrupi, vnde fit, vt aliquando in doloribus renum, matricis veſice ſolis aquis digeratur ſic etiam ſi ſtomachus, & mezeraicę peccent ſolis ſyrupis digeri materia poteſt in quibus medicum anotomices meminiſſe iuuat.

Medicine in liquido cholere.

Thamarindi quorum doſis eſt a drag. tribus ad drag. quinque.
Diaprunis ab vnc. med. ad drag. quinque.
E. de ſuc. roſ. a drag. iiii. ad dra. quinque.
Conf. Ham. ab vnc. med. ad drag. ſex.
Diamanna ab vncia vna ad vncias duas.
Caſſia extracta ab vnc. vna ad vnc. duas.
Diaprunis ſimplex a drag. iiii. ad vnc. ii.
Elect. de ſebeſt. ab vnc. med. ad drag. v.
Elect. de pſilio a drag. tribus, ad drag. v.
Hiera ſimplex a drag. iii. ad vnc. mediam.

Phlegmatis.

Diaphen ab vnc. med. ad drag. quinque.
Indi ab vncia media ad dragm. quinque.
Eleſcophi ab vnc. med. ad drag. v. vel sex
Hiere ſimp. a drag. iii. ad vnciam med.
Benedicte lax a drag. iii. ad vnc. mediam.

Melancholie.

Diasen. a dragm. vi. ad vnciam vnam.
Hiere ruf. Hiera log. Hiera cherm.
ab vnc.med.ad drag.quinque,vel sex.
Diacatholicon a drag. v. ad vnc. vnam.

Medicine in solido pilula
rum phlegmatis.

Hiere ſimplicis Hiere compoſite ad vnc.i.

Çochiarum	ad scrupulos duos.
De agarico	ad scrupulos duos.
Sine quibus	ad scrupulos duos.
Agregatiuarum	ad scrupulos duos.
Hermodactilorum	ad scrupulos duos.
Turbith	ad scrupulos duos.
De opoponace	ad scrupulos duos.
Euphorbii	ad scrupulos duos.
Serapini	ad scrupulos duos.
Benedicte lax.	ad ſcrupulos duos.

Pilule cholere.

De rhabarbaro	a drag.i.ad drag.duas.
Hiere ſimp.	a drag.i.ad drag.duas.
De fumoterre	a drag.i.ad scrupu.iiii.
Auree	a drag.i.ad drag.duas.

Stomatice.

Azacorit,elephanginarum, aloes, maſti-
cis,hiere cum reub.hiere cum agar. lucis.
ad dragmam vnam.

Tabule.

Diaphenicon	a drag. tribus ad med.
Turbith	a drag. tribus ad iiii.
Tragea	a scrupu. vno ad med.
Elect. de suc. rof.	a drag. iii. ad vnc. med.

Pilule melancholice.

De fumoterre	ad dragmam vnam.
De lapide lazuli	ad ſcrupulos duos.

De quinque generibus mirab. ad drag. i.

Additio ad doses syruporum.

Syrupus digeſtiuus a drag. v. ad vnc. ii. Pro syrupi vnc. vna aquarum vnc. ii. Pilule a scrup. vno ad drag. vnam, ſine acuitione, vbi vero per gr. acuimus addimus a gr. vsque ad ii. Sed tunc quoque de pilularum pondere docuimus & scribimus a scrupu. ii. ad dragmam mediam. Boli laxatiui a drag. tribus ad vnc. med. Elec. cũ aquis a drag. iii. usque ad drag. vi Conserue ad reſtaurandos spiritus vitales pro qualibet conserua specierũ miscemus specierum scrupu. ii. ad drag. med.

TABVLA DOSIVM COM munium tam ſimplicium, quam compoſitorum extan- tium in vſu.

A

ACeti paſſulati, Paſſularum ad acetum ſit proportio in decies minor, vt aceti libra vna, paſſularum dragma vna.
Aceti squillitici vnc.iii.
Aceti diarrhodon vnc.iii.
Aceti conditi vnc.iii.

Acuentium pharmaca in x. minor vt,
Agarici dragm. i. salis gemme gra. vi.
Agarici decoctionis a drag.ii.ad drag.v.
Agarici contriti a drag.vna, ad drag. ii.
Aloes lotę a drag. ii. ad scrupulos viii.
Antidoti hemagogi vncia med.
Aquæ ad iulep proportio ſit quadrupla, vel sexdupla.
Aquarum deſtillatarum, vel decoctiſin e syrupis vnciæ vi.cum saccharo.
Aquarum cum syrupo vncię tres.
Aquarum pro decoctione solutiuorum ſit vsque ad vncias octo, consumpt. ad medietatem, ſi ex fructibus, ſi ex floribus ad quartā, ſi ex herbis ad iii.partē.

Aqua sacchari quæ pro potu fit ex vncia vna sacchari vnc. xxi. aquæ bulitio fit ad consumptionem tertiæ partis.

Aquæ sacchari in confortatione non acuti ab vnc. ii. sacchari ad libram vnam.

Aquæ compositio, vt med.

Aquæ hordei pro potu in cibo sunt aqu. libr. octo, hordei libr. i. post ebulitionem illam proiiciatur aqua illa, & suppone secundo libr. aquæ, & decoquatur vsque ad consumptionem duarum partium, de tribus vsque quo ad libr. vnam deueniat.

Aquæ mellis pro potu tantum mellis lib. vna, ad xii. aquæ, decoctio fit ad consumptionem tertiæ partis.

Hidromellis mellis libr. vna, aquæ libr. octo, ad consumptionem tertiæ partis, & aromatizetur quandoque cum dragmis duabus pulueribus ligati in petia in libra vna aquę.

Aquæ calibeate extinctio fit chalibe decies extincto, deinde coletur.

Aquæ simplicis decoctio fieri debet ad consumptionem duarum partium ex tribus ita, vt non remaneat nisi tertia.

Aquę naturalis potio fit a lib. vna, ad tres

Aquæ lactis potio fit a drag. iii. ad lib. iii.

Aquæ granatorum cum suis pulpis con-

tritorum ab vnc.quinque,ad vnc.octo
Aquæ fructuum m.ab vnc.ii.ad quatuor
Aristologiæ a drag.vna,ad dragm.duas.
Aromatici rosati cum melle drag. quinque gariofilati similiter in forma solida dosis est vnc.vna.
Azari infusi dos. a drag. tribus, ad quatuor,contriti vero a drag.i.ad drag.ii.

B

BAlneorum artificialium consumptio sit vnius partis ex quatuor,aut vna de tribus.
Been a dragma media, ad dragmas duas.
Belliricorum infusorũ ab aureis iii.ad vi.
Benedicte dosis a drag.tribus,ad vnc. mediam cum vino calido in clystere a vncia vna, vsque ad duas.
Brodii caulium pro lenitione ventris scutella vna.
Brodii galli decrepiti ab vnc.ii.ad libr. i.

C

CApill. vene. scilicet decoctio in aqua cum aquæ libr.vna.
Caput purgiorum succi sit ad aquam proportio subtripla, seu subquadrupla pulueris a dragma vna, ad plus.
Cauteriorum pulueris dosis ad drag.vnã

Carthami infusi ad drag. quatuor, ad nouem, contriti vero a drag. i. ad quatuor
Caricarũ in decoctionibus a n. iiii. ad viii.
Casſię fiſt. extractę ab vnc. vnam, ad duas, in casu ab vnc. ii. ad iiii. Ego tres sũpsi.
Cartartici imperialis, a drag. tribus, ad v.
Cerotum communiter ordinatur ab vncia vna, ad vncias duas.
Cerotum ex quolibet gummi, maſtice, galbano, & huiusmodi cum aceti, vel vini parua quantitate diſſoluti fieri põt.
Cerotum ſtomachale ad formã scuti parui deferendum eſt supra ſtomachum per duos, aut tres menses.
Cerotum spleneticum quartanæ, supra pannum album de lana lõgitudine spithamæ, latitudinis quatuor digitorum sex menſibus continuis deferendum.
Cerotum hepaticum formæ lunaris, latitudinis palmæ.
Cerotum cordiale rotundum ad formam rotulę mediocris super pãno de gran.
Cerotum matricale rotundum magnitudinis nebulę magnę supra vmbilico deferendum sex menſibus.
Cerotum pro sciatica, fit quaſi sphericum longitudinis vnius spithamę, latitudine sex digitorum continue deferendũ.
Cerotum capitale ad formam manus su-

per buginata.

Centaureę dosis a dragm. vna, ad duas, in decoctione ab vnc. vna, vsque ad iiii

Chebulorum infusorum ad drag. iiii. ad decem contritorum a drag. ii. ad tres.

Ciclaminis ab vnc. duabus ad quatuor, & proprie succi eius.

Citronum conditorum vnc. iii.

Clysterium decoctio ab vnc. quatuor, vsque ad cyathos tres, olei vnc. iii. pul. a drag. vna, ad drag. duas. elect. vel sepi. vnc. i. ad duas, salis a drag. vna, ad tres.

Collirium pro occulis ex g. iii. aquę cum fief. sine opio, tutia pręparata abl. drag. med. ad plus.

Colochintidis dosis a scrup. vno, ad duos

Confectio in solidis communiter a dragmis quatuor ad sex.

Confectio anacardina secūdum Mesuem ad drag. duas, secundum Modernos semidrag. cum vino bis in hebdomada in hyeme, in estate vero semel.

Confectio magistralis in morsellis tanta fructuum, quanta carnium, & pro qualiber libr. pastę libr. vna sacchari quantum sufficiat.

Confectio magistralis in rotulis pro qualibet drag. i. specierum, vult sacchari vnc. duas ad minimū, cōiter tamen tres.

Confectio vſualis pro vermibus ad dragmas tres.

Conſolantis ad ſolutiuum ſubdupla proportio requiritur, vt turbith drag. ii. zinzib. drag. i. corrigentium debet eſſe ad ſolutiua proportio ęqualis ad ſubdupla.

Conſeruæ violatæ ab vnc. duabus, ad iii.

Cucurbitæ elixæ, seu frixæ expresſionis eius cum saccha. ab vnc. iiii. ad tres.

Cucumeris aſinini a g. x. ad xxx. cum saccharo cum pul. a drag. xv. ad xxxv. Decoctum eius a drag. ii. ad drag. iiii.

Cynogloſſæ opiatæ a drag. med. ad dragmam vnam ad plus.

Colaturarum decoctio, ideſt consumptio fit vsque ad medium, nec transeat libr. vnā ſimplicium decoquēdorum vnc. i.

D.

DEcoctio caricarum erit nu. quatuor, ſebeſten nu. vi. prunorum vii. iuiubarum octo. Paſſularum dragm. vna, tamarindorum drag. med. Prunorum depers. nu. iiii. vsque ad vi. Iuiubarum ad octo, ad decem sebeſten a vi. ad xv. Caritæ a iii. ad octo, paſſul. ab vnc. vna, ad duas tamarindorum ab vncia vna, ad duas.

Diacala-

Diacalamentum dragma vna.
Diacasſiæ ab vncia vna, ad vncias duas.
Diacodii vnc. i. Diacori drag. vi.
Diacurcumæ drag. tres.
Diacimini in forma solida dragm. tribus.
Diacytoni laxat. ab vnc. iiii. ad vnc sex.
Diacitoni cum speciebus vnc. i. ſiue. vnc. duabus, soluti dragm. sex.
Diagalange in elect. drag. iii. in forma solida drag. vi.
Daireos drag. vi. Dialaiſſe drag. quatuor
Diamargarit. dragm. med.
Diamoron ſic. dragm. sex.
Diambrę in elect. dragm. iii. in forma solida a dragmis sex, ad vnciam vnam.
Diamarinati drag, duas.
Diamusci in electuariis dulcis drag. duas, sed in forma solida drag. quatuor
Dianthos drag. i. Diapapaueris drag. i.
Diapenidi vnc. duas.
Diaphenicon in elect. ab aureis iii. ad iiii. in forma solida a dragm. vi. ad vnc. i.
Diaprunis solutiui drag. vi. ſimp. vnc. ii.
Diarob descriptum communiter ab vnc. media ad dragmas sex.
Diarob cũ agarico a semidra. ad drag. vi.
Diarob cũ sena ab vnc. med. ad drag. vi.
Diarob cum turbith a drag. ii. ad drag. vi
Diarrhodon abbatis vnciam vnam.

Diasenæ a drag. v. ad dragmas septem.
Diasatyrion Mesue aur. v. Nic. drag. iii.
Diadraganthum alb. drag. i. & rubri sile.
Diatrion pipereon cum melle drag. ii. sed
in forma solida drag. quatuor.
Diaturbith ab vncia media ad vnam.
Diureticarum decoctionum vnc. v. cum
saccharo lacte sem. cõmuni vnde vnc.
iiii. succi facilis drag. iii. fortis drag. ii.

E.

ELect. confortatiui ac laxatiui drag. i.
atque aperit. pul. dragm. vna.
Elect. elescoph. ab aureis ii. ad tres, in for
ma solida a dragmis sex ad vnc. vnam.
Elect. lenitiui ab vncia vna ad vnc. duas.
Elect. de sebesthen simp. ab vnc. i. ad duas
Elect. per digest. humorũ, vnc. med. cum
vnciis duabus aquæ appropriatæ.
Elect. de succo ros. a drag. iii. vsque ad vi.
Elect. de sebesthen solutiui a dragmis iiii.
ad dragmas septem.
Elect. de psilio a dragm. ii. ad dragm. sex.
Elect. de Epithimo a drag. ii. ad drag. sex.
Elect. in decoctionibus, vel infusio a drag
ma vna, ad vnciam mediam.
Elect. de aromatibus vsque ad aureos. iii.
Elect. de gemmis aureum vnũ cum aqua
buglossæ, aut vino bono.

Elect. regum drag. vna, vsque ad drag. ii.

Elect. de baccis lauri per os vnc. med. in clystere vnc. ii.

Elect. de sorbis vnc. vna.

Elect. indum a drag. duabus ad quinque.

Elect. dulcis drag. i. cū brodio cicerū rub.

Emblicorum infusorū ab aureis iii. ad vi.

Ellebori nigri a scrup. vno ad scrupulos duos, Epatis lupi dragma vna.

Epithimi decoctum ab vncia vna ad tres, contriti vero a drag. tribus ad drag. vi.

Epithematum aquarum a libra media ad duas, aceti albi a drag. vna ad vnciam vnam, Croci vel Camphoræ a gr. iiii. ad scrup. medium, & vsque ad vnum.

Embrocatum pro qualibet libr. vna aquę vini, vel alterius liquoris m. ii. herbæ, vel florum, vel seminum consumptio vero quartę partis, vel tertię, vel medię pro communi embroca aquarum libr. xi, simp. in xxiiii.

Emplastrorum pulueres confuso modo contritorum, vel radicū contusarum in aqua coctarum cuilibet m. i. vnc. med. vel pinguedinis requiritur.

Euphorbii a gr. quatuor ad xii. dosis secundum Modernos a gra. tribus, secundum Veteres ad quinque tantum.

Eupatorii decoctio ab vnc. iiii. ad vnc. vi.

Esule dicte Asorbram Corticis radicis eiusdem a g. viii. vsque ad xxviii. Sed lactis eius a gr. quatuor, vsque ad xii.

F.

FIcuum ſiccarum calefacti pro lenitione ventris doſis nu. vi. vel octo.

Fomentationum pro toto corpore ſitulæ aquę vi. pro vno membro i. herbarum autem vel florum m. x. pro qualibet ſitula consumptio communiter decocti vsque ad tertiam partem aquę.

Fomentationum ex floribus in decoctionibus pro qualibet ſitula aquę m. v. vel circiter, consumpt. vero quartæ partis tantum.

Fricationum modus erit vsque quo rubent membra quia resoluere oportet, aut diu ertere.

Fumiterrę succus ab vnc. med. ad vncias duas, decoctio ab vnciis decem ad xv.

G.

GAlbani, vel alterius liquoris vnc. vna pul. vnc. vna, pro peſſariis craſſitudo policis cum filo.

Gargarismatum decoctio & consumptio fit vsque ad medietatem, nec transeat lib. vnam, ſimplicium decoquendorum

dosis sit vnc. vna dulcium cum subscri pto mellis, aut sacchari Factarum vero cum aquis sublimatis. Dosis aquarum vnc. iii. vel quatuor syrup. vnc. ii. elec. sub quadrupla.

Genistæ seminum ab vnc. vna ad vnc, tres

H.

HAmech elec. drag. ii. ad aur. iii. mon tan. a dragmis quatuor ad drag. vii.

Hermodactilorum a drag. iii. vsque ad vi

Harmodactilorum contritorum ab aureo vno ad duos.

Hidromellis mellis libr. vna aquę libr. octo, consumptio tertię partis.

Hiere simplicis Gal. in pil. drag. vna ad ii. confectę cum melle ab vnc. med. ad i.

Hiere picre per os vnc. med. per cly. vn. i.

Hiere coloquintidos dragm. ii.

Hisopi montani decoctionis ab vnc. octo ad x. contritę a drag. tribus ad septem.

I.

INdi maioris aurei iii. seu dragm. quinque minoris similiter.

Infusionum decoctio, vel cum aqua, cum succo rosarum, vel alio ab vnc. duabus ad quatuor pul. vero simpl. infundendorum a dragm. vna ad tres, ad plus

infusionis ab hora octaua ad xiiii. Dosis aquæ in infusione vsque ad vncias octo, ad plus consumptio ad medium.
Ireos a drag. ii. ad dragmas vi. in decoctione, contrit. vero a drag. i. ad duas.
Iringiorum conditarum vnciavna.
Iulep partem vnam, aquarum partes tres vbi confortatione opus est, vbi autem extinctio necessaria est faciemus iulep partem vnam, aquarum partes sex.
Iulep longum sit quantitas libr. vna. dul. aut vini granatorum quantum de syrupo, vel saccharo aquę in syr. sit ęqualis:
Iuris galli decrepiti a libra vna ad duas.
Iusquiami in inũctionibus vsque ad dragmam vnam.
Iustini cũ brodio cic. rubr. ad drag. vnam

L.

LApidis armeni loti a dragm. vna ad ii. non loti a drag. med. ad drag. i. vel ii.
Lapidis lazuli pręparati a drag. i. ad duas
Lauatiuorum siue brodii, siue aquæ hordei, siue mellis dosis communiter vnc. sex, vel cyathus.
Lętificans almansoris ad dragmas sex.
Lenitiuorum quantitas forma digiti minimi faciendo mellis ad puluerem proportio dupla fortium vnc. i. pulu. drag. ii.

Litontripon drag. vna cum brodio cicerum rubrorum.
Loch sani vnc. ii. loch de squill. vnc. med.
Loch de pulmone vulpis dragm. sex.
Loch de papauere vnc. vna.
Lupulorum ſeu volubilis magni vnc. iiii. infuſionis in aqua caſei cum libra vna.

M.

MAnnæ cum aqua hordei, vel endiuię diſſolutæ vnciis duabus.
Maſticatoriorum ſimplicium quantitas auellanæ, compoſitarum viſcoſarum ad non viscosa proportio ad mitius ad sesquialtera. Conuenientius tamen viſcoſorum partes ſunt tres, non viſcoſorum vna. Et cum ſapa, vel melle viſcoſa mollificentur, & cum aromatibus aromatizentur & grauiora ſint & non inſuauia.
Mandragorę in vnctionibus dragm. vna.
Mellis roſati vnc. tribus.
Mezereon ideſt catapotia in decoctione a dragm. media ad vnam, pulueris a granis octo ad ſcrupulum vnum.
Mioletę a dragmis ſex ad vnciam vnam.
Mitridati dragmis tribus.
Mirabolanorũ citrinorum infu. a drag. v ad xx. contritorum a drag. duabus ad

quinque. Indorum infuſorum a drag. quatuor ad decem, contritorum a dragmis duabus ad quatuor.
Muſę eneę dragmis tribus.

O.

OPii per os a gran. tribus, ad ſex. In colliriis, ſuppoſitoriis vſque ad ſcrupulum vnum, in inunctionibus vſque ad ſcrupulos duos.
Opiati cinogloſſę vide in c.
Opoponacis a drag. vna ad dragm. duas.
Oximellis ſimpl. vnc. tribus, laxatiui a drag. quatuor vſque ad drag. ſeptem.

P.

PApaueris albi vnc. med. ſyrup. vnc. i. vel ii. Emulſionis ab vnc. duabus ad vncias quinque.
Paſſularum pro lenitione ventris ab vncia media, ſyrupi vnc. vna, vel media.
Penidiarum cum brodio carnium pinguium pro lenitione ventris vnc. ii.
Peſſariorum quantitas ſit vnc. iii. Craſſitudinis pollicis cum filo doſis galbani, vel alterius pulueris ad alias pulueres ſit ęqualis.
Philonii romani, vel perſici a dragm. vna ad tres poſt cibum per vnam horā cum

ſomnum prouocare oportet, quãdo ve ro ſedare dolorem aut fluxum cohibre exhibendo per v. horas ante cibum.

Pilulę de Agarico a drag.i.ad drag. duas
Pil.aggregatiue a drag. vna ad dra.duas
Pil.elephangine a drag.ii. ad dragm.tres
Pil.arabicę a dragm. vna ad dragm.duas
Pil. azaicut a dragm. vna ad drag. duas
Pil. aureę a dragm. vna ad dragm. duas
Pil. atanaſi a dragm. vna ad dragm.duas
Pil.aureę alex.a drag. ii. ad dra. quatuor
Pil. de bdelio a dragm. ii.ad aureos duos
Pil. cochie a dragm .vna ad dragm. duas
Pil.de euforbio a drag.med.ad drag.vna
Pil.de eupatorio ad drag.ii.cũ aqua caſei
Pil. fœtide scrupulis duobus
Pil. de fumoterre a drag.i. ad drag. duas
Pilulę de hermodactilis minores & maiores a dragma vna ad dragmas duas
Pil. inde a dragmis ii. ad aureos duos
Pil. lapidis lazuli, & lapidis armeni ad dragmas duas cum aqua caſei.
Pil. lucis a dragma vna ad dragmas duas
Pilulę de opoponaco a dragma vna ad ad dragmas duas cum aqua ſua.
Pil. maſtichine a drag. vna ad drag. tres
Pil. mirthine a dragm. vna ad drag.duas
Pilulę de rhabarbaro ad dragmas duas

Pil. ſarcocollę a dragm. vna ad drag. duas
Pil. de ſerapino a drag. med. ad drag. vnā
Pil. ſine quibus a drag. vna ad drag. duas
Pil. ſtomatice a drag. vna ad drag. duas
Plinii arteticum ad dragmas duas
Priſane hordei ad cōſumprionem tantam vt ad medium veniat in liquido dandū
Polipodii a drag. duabus ad dra. quatuor
Pſilli a dragma vna ad dragmas tres
Pulueris solutiui a scrupulo vno ad dragmam vnam cum cyatho medio aquæ hordei, brodii carnium aut vini.
Pulmonis vulpis dragmis duabus
Prunorum recētium, aut ſiccarum per noctem infusorum in aqua florum violarum pro linimento ventris numero sex
Prunorum ſiccarum expreſſiones cum saccharo ad libram vnam.

R.

RAdices in decoctionibus consumuntur ad medietatem.
Rhabarb. contriti a dragma vna ad drag. quatuor infuſi a drag. vna ad drag. x.
Requies Nicolai a drag. vna ad drag. tres
Rosati electi drag. v. secundum Mesuem secundum alios drag. viii.
Roſate nouelle vnciam vnam
Rhob de macis vnciam vnam

Rhob vini vncias tres
Rob de berberis vnciam vnam
Rob de agresta vncias duas
Rubie throciscate vnciam mediam.

S

SAcchari buglossati ab vncia vna, ad vncias duas
Sacchari rosati ab vnc. med. ad vnc. duas
Sacculorum capitalium specierum med. ingredientium vnc. vna, vel vltra figuræ oblongę quadrangularis non transcendens tamen longitudinem sex digitorum nec latitudinem quatuor, & sit cum sindone de grana
Sacculus stomachalis simpl. Mes. viii. vel x. est g. vnc. ii. vel iii. figuræ scutalis.
Sacculorum cordialium vnc. vna figura quadrata, aut ad formam cordis in sindone retorta, cuius longitudo sit digitorum vi. trium latitudo.
Sacularum hepaticarum, ac stomachalium forma lunaris, vt de cerotis dictum est in litera C
Sape pro quibuslibet vnc. iii. farinæ amili vnciis duabus & amigdalarum dulcium recent. sacchari cum aqua florum violarum, vel ros. quantum sufficit
Salis gemmę ad aureum vnum

Sarcocolle a dragm. vna ad dragm. duas
Scammoneę seu diagridii a gr. iiii. ad xii.
Sene pręparate puluis a drag. ii. ad drag. tres, cum brodio sene infusę ab aureis tribus ad vnciam vnam.
Seri caprini in quo fiunt infusa precedenti sero, epithimi, vel folliculi sene dragmas duas, aut salis drag. med. ad drag. vnam, colati mane scutella vna.
Serpentariæ a dragm. iii. ad dragmas sex
Serapini a dragma med. ad dragm. duas
Sebesthen solutiui a drag. iiii. ad dragm. septē simplicis vero ab vnc. i. ad vnc. ii.
Sternutamentorum quantitas sit g. i. frumenti humidorum vera pro qualibet vncia vna liquoris sit pulueris scrup. i. vel dragm. med. tota autem quantitas humidorum non transeat vncias duas.
Stupefacientium non opiatorum quantitas a scrup. i. ad drag. med. opiatorum vero fermētatorū ab i. ad ii. med. pilul.
Syrupi violati dosis ab vnc. ii. ad vnc. iiii.
Syrupi acetosi simplicis ab vnc. ii. ad vnc. quatuor. Et post ipsum duas horas bibatur vnc. quatuor aquæ hordei.
Syrupi communiter dosis est drag^{3}. duæ aquarum vero vnc. iiii. pro syrupo.
Syrupi magistralis pro quolibet m. i. herbarum lib. med. mellis despumati, vel

ſacchari addimus decoctionis, vel ſucci lib. me. mellis lib. med. vel ſacchari ad minus licet ſit melius v. viii. permiſcere
Syrupi de ſtechade doſis ad vnciã vnam
Stęchados, vel decoctionis a vnc. v. ad vii
Succi granatorum vnc. ii. cum aliqua prędictarum aquarum.
Succi roſ. puri ab vnc. i. cum ſaccharo.
Succi viol. puri ab vn. i. ad ii. cũ ſaccharo
Succi violarum ab vncia vna ad vn. duas
Succi habominabilis libr. vna, mellis vel ſacchari cum libra vna addimus.
Specierum ſyrupos aromantizantiũ craſſo modo contritarum, in petia linea ligatarum doſis erit vnc. iii. pro lib. ſyrupi, vel iulep.
Sudorem prouocantium decoctionis, vel aque drag. v. vini albi vnc. ii. addimus.
Sacchari vnc. ii. electi drag. i. cum vnciis quatuor aquarum.

FINIS.

EXIMII VIRI GVLIELMI RONDOLEtii Artium & Medicinę Doctoris Academiæ Montispesſulanę regii profeſſoris publici de materia medicinali & compoſitione medicamentorum luculentus & breuis methodus.

DE OFFICIO MEDICI.



EDICI officium eſt, vt tuto, celeriter, & iucunde curet, ſed periculoſa eſſe ſolet nimia feſtinatio, plerunque etiam parcendum eſt in mora, quapropter vetus prouerbium lente feſtinandum, prout inquam morbi natura, & vicium conſtantię ætas, ſexus, regio, aeris & temporis conſtitutio, conſuetudo, & ſimilia requirere videbunt. Iuçunde etiam curare debet. Per moleſta enim ægrotantibus eſſe ſolet difficilis & auſtera nimis cõuerſatio. Ad hoc ſpectant veſtitus & ornatus corporis, ge-

ſtus, ornatus, vultus hilaris, curationis ſecuritatem quandam præſeferens. Sermo blandus & facilis conuenienti aliquo lepore conditus: ſeruata tamen moderatio tione & conſtantia, ne ſpecie recti deceptus in ſcurrilitatem & lenitatem animi, aut nimiam facultatem incidat. Tuto etiã curare debet, nam ſi videt venę ſectionem aut purgationem eſſe neceſſariam, inde tamen proximam ſanitatem futuram, quam primum id moliatur. Sin minus maximã fieri reſolõnẽ poſthabitis vacuationibus ad alia remedia ſe conferat & nõ vacuet.

Cum Medicus accedit ad ægrotum.

AD inchoantis alicuius morbi curationem accerſitus Medicus ſtatim cum ad ægrum venerit, antequam illum palpet, diligenter illum interrogare debet, quo morbi genere ſe premi ſentiat, qua in parte dolor ſit, ad quam cauſam morbum ſuum referri poſſe putet, quo victu nuper vſus, quid noui corpori acciderit, quid egerit ille, quidque circa exteriora illi contigerit, an corporis ſtatum permutare potuerit, vt ex his rebus morbi genus, & cauſam cognoſcere poſſit. Mox blande aprehenſo brachio arteriam tangat, exploraturus num febricitet, num vires va-

lentes

lentes ſint,num imbecillus, num plenitudinem aliquam mixtam arteria pulſus co arguat. His peractis ad ventris & veſicæ excrementa ſermo habeatur, an lotio purgatus ſit, an aluus ſit aſtricta, an libera. Et ſi pectoralis ſit affectus: inquire de sputo,tusſi,de ſpiratione, & in abſcesſibus cõſidera pus. In cerebri affectibus, quę circa imaginationem, memoriam, rationem & animalis facultatis vires accidant. Poſtremo pręcipe tibi offerri vrinam & ſeparatus ab ægro omnia diligenter in loco lucido conſidera, cauendo a radiis ſolaribus. Et ſi res poſtulat (neque enim prima die conuenienter inſpiciuntur niſi in ventris & inteſtinorum malis) conſideranda ſunt etiam alia excrementa, & ſi morbus ſit pectoralis ex sputo,inde reuerſus ad ęgrum victus rationem inſtitue: & promitte illi facilem curationem,speque confirma,requirens ab eo vt obediat, & vt miniſtri nihil ſine tuo conſilio moliantur aut miniſtrent. Dicente Hipp. Non solum seipsum præſtare facientem opportuna. Porro hac ipsa die ſi valde neceſſarium videatur,poteris palpare hypocundria & ventrem explicãdo,num durities aliquo modo obſideat. Sed ne prima die ægrotanti varietate moleſtus ſis,in craſtinum niſi res

vrgeat differas.

Sequentibus diebus.

PRimum, ęgrū interrogabis de his quę noctu contigerunt, secundo arteriam tanges, tertio de excrementis eum interrogabis, addes quę circa somnum & vigilias, cibum & potum, & animi affectus cōtigerunt, quarto vrinam et alia excrementa considera, etiam sputum, si sit morbus pectoralis, quinto victus rationem plenius institue, in prima die, consideranda etiam prius medicamentorum pręscriptio, antequam ad morbi curationem & medicamentorum prescriptionem veniamus. Prius quarto vel quinto die scire oportet. Primo an morbus scilicet sit ex intemperie sola, vt caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate, an cum humore obstruente vt sanguineo pituita &c. nomine aquam citrinam & serosam intelligere oportet bile flaua, atra, aliquando tamen humor non obstruit, sed aliquid aliud accidit quod ex humore concretum est, vt caruncula, callus, calculus. An humoris alicuius profluuium, in voluntaria ne reiectio per secessum, hemorhoides, menstrua, vomitum, tussim aliumue modum

dsit. Quarto an excrementi alicuius re-
entio. Quinto an virium imbecillitas &
prostratio. Nam reliqua mala aut ad id re
feruntur, aut magis ad chirurgiam perti-
nent. Horum signa partim sensu manife-
sta sunt, partim ex ægri sermonibus. Ha-
bentur autem ex Galeno & practicarum
scriptoribus, quibus diligenter annota-
bis, semper primo loco victus rationem
institues. Calefacientem in intemperatu-
ra frigida, refrigerantem in calida, atte-
nuantem, incidētem in crassis humoribus
& obstructionibus, astringentem in pro-
fluuiis, refectoriam vbi vires nimis imbe
cilles sunt, & deiiciuntur, bonis succis in
cacochinia, post hęc ad medicamenta tran
sferendum est.

Curatio intemperiei.

SI ergo sola sit intemperies sine humo
re, si vna alui excrementa retineantur,
curationem aggrediaris a clystere leniti-
uo quem exhibebis duabus, aut tribus ho
ris a cibo. His autem qui clysteres recu-
sant, prescribes balanum, idest, supposito
torium quem si etiam recusant, dare pote
ris cassiæ vnc. vnam. recenter tracte in for
ma boli, aut aliter paulo ante prandium.

Si autem aluus minime astricta sit, iis supersedendum. Deinde localibus vtẽdum remediis contraria qualitate præditis calefaciendo, in frigidando &c. intro assumptis simpliciter alterantibus. Porro simpliciter alterantia hic voco quę calefaciũt refrigerant, siccant, non requirendo, num attenuent, astringant, incidant, aperiant, neque curandum est an hæc possint modo non purgent. Hæc autem eodem tempore quo localia, sunt adhibenda, compositas intemperaturas calidas simul & siccas, frigidas simul & humidas, cæterasque eodem modo curabis contrariis remediis purgando.

Morborum ex humoribus prouenientium curatio.

CVratio morborũ ex humoribus proficiscentium hac methodo persequenda. Primo datur clyster lenitiuus tribus aut quatuor horis longe a pastu ante, aut aliquid aliud eius loco, vt diximus. Secundo, eodem die quã cito fieri poterit, post operationem clysteris aut aliter, exonerato ventre fiat sanguinis missio, si sanguis peccat, aut aliter morbus requirat, ex varia particulari morbi curatione cõueniẽte

Tertio dantur præparantia humores peccantes, scilicet præparantia peccantem bilem, aut per se quod sæpe fit, aut vna cum sanguine pręparantia pituitam, peccante pituita. Si solus sanguis peccat, iis posthabitis ad ea quæ leniter purgando, sanguinem mundificare dicuntur transeundum. Quarto dentur humorem peccantem purgantia pręterquam in solo sanguine, tum enim sufficiat venæ sectio & sanguinem mundificantia. Quinto fiant particulares euacuationes, scilicet in cerebri affectionibus capitis purgationes per nares apophlegmatismis masticatoria vocatis errhina quæ naselia vocantur sternutatoria aliquando auriculares intentiones in partibus naturalibus, aut venoso genere dantur prouocantia menstrua, vel hemorrhoides aperientia, aut vrinam cientia, sudores, balnea atque etiam auertentia, vt sunt frictiones, fomenta calida, ligature dolorifice, curcubitule, scarificationes, sanguisugæ, clysteres, acres, balani, & similia, quæ iuxta particulares morborum naturas sunt varianda. Sexto localibus remediis est vtendum in bile & sanguine refrigerantibus, in pituita & atra bile calefacientibus, attenuantibus, & discutientibus, sed in his quatuor temporum mor-

bis habenda eſt ratio. Nam alio tempore morbi conueniunt. Septimo intro assumptis alterantibus ſimul & roborantibus vna cum localibus præſcriptis. Octauo clyſteribus laxantibus, poſtea auertentibus per totum morbi decurſum. Sæpe tamen Medici noſtri temporis ante præparantia humores, dant minoratiua, aliquam potionem, vel bolum, idque quando materia eſt copioſa, aut furioſa, aut expulſioni proxima eſſe videtur, aut quando periculum eſt purgationis, poſtea vero præparentur & purgentur, vt dictum eſt. Hanc methodum recipiunt fere omnes morbi.

Exceptio.

EXcipe humores pręter naturam, qui ſi ſunt exteriores ad Chyrurgum magis pertinent, interiores vero, vt pleuritis, inflammatio, columelle angina, peripleumonia, ventriculi, hepatis lienis inflamma tio, renum, veſicæ, primas duas intentiones admittũt & tertio loco minoratiuum medicamẽtum quod purget ſufficienter. in cęteris particularem requirunt curatio nem, ſicut etiam phthiſis & empima & vlcera interiora, quæ ex propriis capitibus

bus petenda relinquimus.

De profluuio & inuoluntaria reiectione alicuius humoris vel cibi.

CVratur hoc tertium genus primum purgatione humoris profluuium excretionesque cauſantis, vt in diſſenteria, diarrhea, vomitu, & profluuiis ſanguinis ab oſtentionibus pendentis, abſtinendum primo a purgatione, ſi vitioſus humor nõ infeſtet. Secundo localibus & aſtringentibus profluuium, ante alia clyſteribus aſtringentibus in inteſtinorum morbis, vt in diſſenteria in qua tamen ante, abſtergentia ſemel ſaltem, iniicere conueniat. Tertio introſumptis aſtringẽtibus. Quarto diuerſionibus & reuulſionibus. Cętera ex particularibus curationibus petenda.

De retentione excrementorum.

QVartum hoc genus ſic curatur, primum clyſtere leniente, ſecundo prouocantibus & excernentibus illud excrementum. Si humor aliquis obſtruens hoc malũ induxerit, curatur vt ſupradictum eſt in ſecundo morborum genere.

De virtute collabente.

QVintum hoc genus est, vt si quem animi deliquium corripiat ob vitiosos humores, curatur vt in secundo genere morborum dictum est, ob imbecillitatem vires deiiciuntur, insistendum est potius restaurationi virtutis & confortationi. Primo quidem alimentis restaurantibus iniectis aliquando per clysteres, quando per os ęger nil potest absumere. Secundo introsumptis confortantibus. Tertio localibus confortantibus principales partes cordis, ventriculi, hepatis, cum pręsertim epithematis & sacculis. Quarto odoribus vires reficientibus.

FORMAE PRAESCRIBENdorum medicamentorum omnis generis.

Quę ventrem molliunt.

EA quæ ventrem molliunt, dantur in forma clysteribus, balanis, potione molliter purgante, bolo minoratiuis constante, syrupo molliente, apozimate mollitiuo, pilulis mollientibus.

Minoratiua dantur hoc modo.

In bolo, potione, ſyrupo aliquando, apozemate, elect. liquido, pilulis tragea.

Pręparantia humores.

Syrupis, iulepis cum aquis, deſtillatis aut cum decoctis, apozematibus, aquis deſtillatis, ſolis etiam epotis.

Purgantia quæ vomitiua ſunt.

Purgantia, quæ vomitiua ſunt dantur fere in potu, in pilulis, ſed raro.

Quæ per ventrem inferiorem.

Ea quę per ventrem inferiorem sunt dantur in bolo, potione, pilulis, aliquando in apozimate decocto ſyrupo, tragea, ſeu puluere, electuario solido, electuario liquido, trociſcis & archanda &c.

Præparantia & prouocantia menſes vniuerſaliter.

Potionibus, decoctis, syrupis, apozematibus, paſſis, pilulis.

Quę hemorhoidas aperiunt.

Vnguēta, linimenta, cataplaſmata, ſanguiſugę, & plerūque materialis operatio.

De purgantibus particulariter.

Purgantia particulariter cerebrum.

APophlegmatiſmi, maſticatoria vocāt capitis per nares, caput purgia, errhi-

na,ſternutatoria, gargariſmi, auricularię iniectiones.

Purgantia particulariter pulmones.

Eglemata, ſeu loch, syrupi, decocta, apozemata.

Purgantia particulariter ventrem & lienem.

Clyſteres,ſuppoſitoria,balani.

Purgantia particulariter hepar.

Potiones, syrupi, apozemata, vrinam proritantia.

Purgantia particulariter renes & veſicam.

Per vrinas deiecta,apozemata, syrupi, potiones, pulueres, trociſci, tragea.

Humores ad cutem fluentes purgantia

Balnea artificialia, balnea naturalia, excretiones,motus,frictiones.

Sudores prouocantia.

Sudores prouocandi sunt potionibus, syrupo,apozemate, fumigationibus, calefacientibus ſtragulis.

Auertentia & repellentia.

Sanguinis miſſio,menſtruorum prouocatio, hemorrhoidarum apertio, vrinas prouocantia, clyſteria acria.

Expurgantibus magis quã reuellentibus

Suppoſitoria fortia, frictiones dolorificę ligature, fomenta calida, particularia

balnea, cucurbitule sine & cum scarificatione, hirudines, sanguisugæ hemorridibus apposite, sectiones, vlcus, cauteria vel causti cum medicamentum factum in inferioribus partibus vel contrariis vt reuellantur.

Localia.

Olea, linimenta, vnguenta, cerota, emplastra, cataplasmata, sinapismi, epithemata, fomenta, embrocha, sacculi, cucuphę, frontalia, insessus, coliria, dentifricia, gargarismi, errhina pessaria, suppositoria, suffimenta, poma odorifera.

Potiones alterantes, confortantes cordiales vocantur.

Intersumpta simpliciter alterantia & confortantia.

SYrupi, iulepi, apoxemata, decocta, pulueres, electuaria solida, electuaria liquida, conserue, condita, mixtura, trageę, pastę regales, pilulæ & aquę destillatæ.

Quę ventrem molliunt, quæ & lenientia vocantur, & clysteriis adhibētur, sunt.

MAlua, beta, borago, acetosa, hordeū, fenugręcum, bismalua, parietaria, buglossa, lactuca, furfures, althea, mercuria-

lis, atriplex, brasſica, viola, ſeminalmi, pruna, thamarindi.

Prædicta hęc medicamenta aliquando ęger recuſat, & tunc ſolent Medici cibis medicamentoſis morbos expellere miſcentes medicamenta purgantia, alterantia, & confortantia cibis ſorbitionibus, iuribus, eduliis.

Quę vero in decoctionis collature vnc. xii. vel xv. miſcentur ad purgandum leniter.

CAſſia fiſtula, caſſia cum melle condita, diacatholicon, mel roſati colati, caſſia cum tuccis cõdita, diaprunis ſimplex, diaprunis compoſitum in parua quantitate, hiera picra.

Doſi additur etiam oleum

OLiuarum oleum, sesaminum, sed communiter oleum violaceum, oleum camomelinum, oleum anethum. Item adduntur mel rosaceum, violaceum, vitellinorum ouorum, sal &c.

DE CLYSTERIBVS.

CLyſteres quidam genere snnt mollientes, & lenientes, quidam purgantes & reuellentes, quidam nutritorii. Quidam

in intestinorum morbis localium vicem subeunt abstergendo, astringendo, dolorem sedando, materiam discutiendo.

De lenitiuis.

LEnitiui primo constant decoctione herbarum mollientium, seminum, fructuum, florum, & similium lenientium, accipiuntur communiter de colatura vnc. duodecim, vel xv. Secundo constant medicaminibus leniter purgantibus, vt cassia recenter extracta, vel cassia cum zuccharo condita in calida intemperie, cassia cum melle condita. In crassioribus humoribus atque vbi abstersione egemus diaprunis. Etiam his additur aliquid hyere picre, aut cęterarum confectionum. Electuariorum humores purgantium quando, scilicet, excrementa non facile mollientibus cedunt.

DOSIS PVRGANTIVM medicamentorum.

DOsis purgantium medicamentorum clysteres ingredientium fere solet esse dupla. Communiter enim dosis vna cum semisse cum intro sumitur, quantum datur pro vna dosi intra clysteres, duplum datur in clysteribus.

Tertio oleorum lenientium vnc. iii. cõmuniter, vt olei violati, chamo. anethi.

Quarto mellis roſati colati vnc. vnam communiter autem dragm. x. Cuius loco vtimur in calida intẽperie oleo violaceo.

Quinto ſale cõmuni ad irritandam vim expultricem in doſi drag. vnam & med. communiter, vbi inualida eſt. Sunt qui poſt mel roſaceum ſcribunt vitellos ouorum duos, vel vnum.

Poteris etiam ſic ordinare clyſteres nõ ſcribendo herbas, preſertim ſi tantum lenire volueris. Recipe communis decoctionis clyſterum lib. vnam & med. caſſiæ recenter extractę vnc. vnam, diaprunis ſolu. vel ſimpl. drag. vi. olei violati, anethini ann. vnc. vnam & med. mellis violati vnc. vnam & med. fiat clyſter. datur tali hora longe a cibo.

Si vis autem magis artificioſe componere clyſterẽ, poteris ordinare multa quę decoctionibus immiſcentur, vt herbas, fructus, flores, ſemina varia, vt ſequitur.

Recipe maluæ, biſmaluæ, mercurialis, atriplicis, parietarię ann. manipul. vnum boraginis, betę, braſſicę ann. manip. med. lactucę manipulos duos, prunorum damaſcenorum pa. vii. ſeminum lini, fœnugręci, & althęę cõquaſſatorum an. drag. med.

hordei p.med.bulliant in aqua iustę quan
titatis ad dimidie partis consumptionem,
in cuius colatura dissolue cassiæ fistulę cū
saccharo, diaprunis, scilicet an. vnc. vnam
olei violacei vnc. duas, camomelini vnc.
vnam, mellis rosati colati drag. quinque,
salis communis drag. vnam & med. misce
fiat clystere. Sunt qui scribunt quantita-
tem aquę & debet fieri decoctio in hunc
modum. Recipe quatuor herbarum re
mollientium ann. manip. vnum, boragi-
nis, atripl. brass. an. manip. vnum & med.
seminis lini, fœnngręci ann. drag. iii. bul-
liant in libr. iii. aquę fontanę ad medieta
tis partis consumptionem, in cuius co-
latura diaprunis scilicet vnc. vnam, vt su-
pra. Plerunque decoctio fit non ad me-
die partis consumptionem, sed totius par
tis, quod in sequentibus formis clysterum
communiter locum habet, quando medi-
camenta quæ decoctionibus inseruntur,
decoctionem non multam sustinent.

Clysteres purgantes, & reuellentes

CONstant primo decoctione herbarum,
fructuum, seminum, florum & simil.
med. attenuantium in crassa materia, aut
sine calefactione mollientium, & bilem

purgantium in calida materia, quibus remollitiua misceri solent. Secundo medicamentis suffulciantur purgantibus, aut in quantitate dosis primi clysterum generis. Tertio oleis non solum lenientibus, verum etiam discutientibus, præsertim in materia crassa. Dosis vt supra vnc. iii. Quarto melle rosaceo, vt supra. Quinto drag. ii. salis communis, cuius loco sæpe sumitur salis gemmæ dragm. i. vel scrupulos duos pręsertim in crassa materia.

Clysteres in crassa materia.

Recipe mercurialis, parietarie, betonice saluie ann. manip. vnum, calamenti, pulegii, origani an. manip. med. seminis carthami conquassati drag. iii. seminis nigellę, dauci, & amos ann. drag. vnam & med. florum stechados p. med. incoquantur in sufficienti quantitate aquæ, ad tertię partis consumptionem, in cuius colatura dissolue cassię cum melle vnc. vnam, diafiniconis, hierę picrę ann. drag. ii. electuarii maioris indi dragm. vnam & mediam, olei rosati completi dragm. vnam, salis gemmæ scrupu. ii. misce fiat clyster.

In calidis

In calidis febribus, & febribus continuis.

RRecipe maluę, bismaluæ, atrip. parietariæ, lactucæ an. manip. i. Fumiterræ, sumitatum lupuli, anethi an. manip. med. Prunorum damascenorum paria v. passularum conditarum, fol. sænę, thamarind. an. drag. vi. Seminum cucumeris & cucurbitæ conquassatorum an. drag. ii. decoquantur in suff. quantitate aquę ad tertiæ partis consumptionem, in cuius colatura dissolue diaprunis simplic. drag. x. electuarii de psilio drag. iii. olei violacei vnc. iii. mellis violac. vnc. vnam, salis communis drag. vnam & med. misce pro clystere longe a cibo iniiciendo.

De alterantibus clysteribus.

ALterantes constant decoctione herbarum, & seminum refrigerantium, aut calefacientium pro intentione, & intestinorum qualitate. Secundo oleis eandem intemperiem reprimentibus melle, sale, medicamentis valde non egent nisi morbus sit cum materia. Aliquando prædictis adduntur vnguenta refrigerantia, vt vnguentum rosaceum & pomadæ, calefacientia, vt vnguentum de althea, vnguentum origani, martianum de axungiis temperatis in inflammationibus, quidam ad-

dunt trociſcos alterantes & ſimilia.

De clyſtere nutriente.

FIunt clyſteres nutrientes, quando æger per os nil poteſt aſſumere cum inteſtina vim concoctricem ventriculo ſimillimam habeant, teſte Gal. de vſu part. Parantur ex decoctis & iuribus carnium, vt gallinaceorum, caprarum, vituli, veruecinorum pedum, addito etiam capite & cerebro veruecino, hedino, vitellis ouorum & ſimilibus. Accipitur plerunque iuris bene cocti & bene preparati libr. vna & med. & iniicitur citra etiam mixtionem bis vel ter in die. Sunt qui dictum ius ſaccaro dulcorant.

De clyſteribus flatus diſcutien. aut materiam.

PArantur hi clyſteres decocto earum, quę flatus ac humores diſcutiunt, cuiuſmodi cenſetur ſaluia, maiorana, bethonica, ſerpillus, calamẽtum, origanum, puleg. rutha, abſinthium, menta, ſatureia, ſemina calefacientia & flores, ſucci calidi. Secundo conſtant medicamentis purgantibus, ſcilicet quando humorem deiicere volumus. Tertio oleis diſcutientibus, vt camomelino, anethino, irino, nardino, & liliorum. Quarto melle roſaceo. Quinto ſale communi, ſi materia clilioſa ſit, quo-

rum formula ex superioribus patet.

De dolorem sedantibus.

COnstant decoctione medicinalium dolorem sedantium quæ anodina vocantur. Secundo oleis dolorem sedantibus. Tertio medi. purgantibus, quando simul materiam expellere conamur. Quarto sale, anodina sunt camomelinũ, melilotum, anethum, althea, absinthium, pulegium, calamentum, rutha, origanum, mercurialis, semina lini, fœnugreci, cimini, semi. carui, anethi & fere quæ flatus discutiunt. Olea etiam vt camomelinum, anethinum oleum de semine lini, oleum macis præsertim in calidis doloribus, oleum oliuarum & oleum ruthaceum.

Exemplum.

REcipe foliorum altheę, pulegii, mercurialis, ruthę an. manip. vnum. Florum camomel. meliloti, & stechados an. p. ii. sem. anethi, cimini, & fęnugreci an. drag. ii. decoquantur in sufficienti quantitate aquę ad tertię, vel mediæ partis consumptionem in colatura dissolue olei camomelini, anethi, & de semine lini an. vnc. vnam, olei cõmunis, vini optimi, olei nucis an. vnc. med. salis communis drag. i. misce fiat clyster. Si materiam simul educere volueris, dissoluatur vna cum reli-

quis hiera picra ſemidrag. diaphen. drag. vnam & med. aut drag. ii. ſi vis, potes ad dere mel roſaceum.

De clyſteribus aſtringentibus & conſolidantibus.

HI locum habēt in diſſenteria & in inteſtinorum exulcerationibus poſt abſtergentem operationem. Conſtant herbarum fructuum, ſeminum, & florum aſtringentium, & conglutinantium decoctione quæ communiter fit in aqua chalibeata. Secundo ſuccis herbarum aſtringentium & conſolidantium & cęteris medicamentis ſimili facultate præditis. Tertio butyro, ſalis experte. Axungiis recentibus, hedi, capræ, aliquando etiam anſeris, gallinę oleis aſtringentibus, ab vnc. vna vſque ad vnc. duas. Aſtringentia quæ decoquātur ſunt hæc, ſimphiti vtriuſque radix, & folia ſalicis cauda equi, plantaginis, poligoniū, burſa paſtoris, virga paſtoris, verbaſcum, cortex malorum granatorum, gallie, ſumach. ſemen acetoſe. ſemen plantaginis, flores cotoneorum, roſa, balauſtia in decoctione diſſoluuntur, ſucci plantaginis, verbaſci, ſymphiti, portulacę, acaciæ, hipochiſtidos ſanguis draconis. Bolus armenus, terra ſigillata, corallū vtrūq; maſtix, dragantum, gummi arabicum.

Item axungia hedi recens, axungia caprina, & aliquãdo adeps anseris. Item oleum rosaceum, & mirthinum.

Exemplum constringentis & consolidantis clysteris.

RECipe symphiti, caudæ equinę, plantaginis an. manip. vnum & med. bursæ pastoris, virge pastoris, poligoni an. m. i. corticum malorum granatorum semiunc. gallarum, sumach an. drag. ii. sem. acetosę orisæ toste an. drag. iii. rosarum rubearũ. balaustiorum an. p. med. decoquantur in aqua chalibeata ad tertię partis consumptionem, in cuius colatura dissoluatur succi plantaginis & symphiti maioris an. vncia vna, acacię hipochistidos, boli armeni an. dragm. i. axungiæ hedi recentis vnc. vna & med. olei rosacei & mirthini an. vnc. vna, misce fiat clyster.

De abstergentibus.

ABstergentes dari debent in dissenteria initio ad abstergenda vlcera intestinorum constant decoctione simpl. medic. mediocriter abstergentis, quare & plerique solent esse contẽti decocto hordei, decoquũtur in eadem intentione mercurialis, althea, parietaria, betha, quando vlcera valentiore abstersione egent. accipitur communiter decocti lib. vna & med. Secundo

constant melle rosaceo colato, & saccharo rubeo in singula dosi circiter vncia vna. Tertio vitellis ouorũ duobus vel tribus.

Exemplum.

Recipe decoctionis hordei lib. vnã, mellis rosati colati vnc. vi. sacchari rubei vnciã i. vitelli ouorum numero quatuor misce & fiat clyster.

De clysteribus qui localium vicẽ subeunt

QVando intestina intemperie calida, frigida, aliaue laborant, clysteribus indigent contraria qualitate alterantibus refrigerantibus, aut calefacientibus, qui localium vicem subeunt, quod vsu venit quando vlceribus occupantur, quæ primum absterſione egent, demum astrictione & consolidatione vt in dissenteria. Item etiam in colicis doloribus.

Exemplum in calida intemperie, & in inflammatione intestinorum

REcipe maluę, lactucę, portulacę an. m. vnum, endiuiæ, scariolæ, acetosæ an. manip. med. quatuor sem. frig. maiorum contusorum an. drag. ii. seminis scariolæ, psilii & lactucę an. drag. vnam, hordei p. med. decoquantur in suff. quantitate aquę ad tertiæ partis consumptionem, in cuius colatura dissolue olei violacei, & rosacei vncias duas & fiat clyster.

Exemplum in frigida intemperie.

RECipe mercurialis, saluiæ betho. absinthii an. m. vnum & med. satureie, pulegii an. m. vnũ, quatuor sem. calidorum minorum & maiorum an. drag. iii. decoquantur in suff. quantitate ad tertias, in cuius colatura dissolue olei nardini, anethini, irini an. vnc. vnam vnguenti martiati vnciam vnam & mediam, misce.

De balanis, & suppositoriis

VItellis ouorum bene salitis panno exceptis. Item communiter melle, hiera picra. Item fiunt ex pulueribus purgantibus exceptis cum melle & aliquo electuario liquido, vt patebit in exemplis.

Glandes seu supposita.

FIunt conuenienter ad irritandam naturam, vt excrementa excernantur, similiter vt clysterem iniectum & diutius retentum, irritata ad expulsionem natura eliciamus, aliquando etiam, vt reuellant, adhibentur, plerique etiam, vt intestini recti vlcera abstergantur.

Modus proportionis irritantis & reuellentis, præparatur quidem a vulgaribus ex betę radice, aut brassicę, aut melle, butyro aut oleo. Item larido conciso. Item butyro sale asperso & tandem panno lineo excepto adipe suillo sale asperso, vi-

tello oui cum croco & ſale pãno lineo tandem exceptis, communiter parantur a pharmacopola cum ſale & melle.

Preterea valentiora ſuppoſita conſtant melle, pulueribus purgantibus & purg. med. ſale communi aut gemmę an. drag. vnam, pulueris & ſalis ſerobi circiter vnciam vnã & med. hierę picrę dragm. med. ſalis cõmunis drag. vnam, miſce fiat glãs. Abſtergentes & conſolidantes glandes inſtar vnguentorum et linimentorum pręparari ſolent.

Potiones molliter purgantes ſeu emollientes fiunt ex caſſia fiſtula recenter extracta, diacatholicone cũ decocto aliquo, aquis deſtillatis & reliquis.

De minoratiuis.

BOlus minoratiuus plerunque conſtat caſſia, diacatholicone, quæ in potione cõſtat, cum decocto, aut aquis diſſoluitur. Syrupi autem minoratiui eandem fere cũ emollientibus rationem habent, hoc eſt, fiunt ex fructibus laxatiuis, prunis dameſcenis, mirobalanis, adiectis polipodio, ſena, quod ſane et apozemate intelligẽdũ ẽ.

Electuaria liquida minoratiua diacatholicon, diaprunis ſimpl. hęc tamen raro in clyſteribus dari ſolent.

Minoratiua igitur dantur communiter

in bolo vel in potu boli constant medicamentis minoratiuis liquidis & pauco saccharo, quibus tamen plerunque miscentur valentiora medic. purgantia sic tamen vt multo minor sit earum portio in commixtione duorum aut plurium purgantium. Secunda est proportio in hunc modum, vt volens ponere cassiam & elect. de psilio, scribes mediam dosim cassię, & mediam dosim electuarii de psilio.

Exemplum.

Recipe cassiæ vnc. v. electua. de psilio drag. iii. misce cum saccharo fiat bolus, aliquando scribes duas aut tres doses cassiæ, aut vnam tertiam dosim electu. sic Recipe cassię drag. iii. elec. de psilio drag. ii. misce cum saccharo fiat bolus.

Aliud exemplum.

Recipe cassię recenter extractę drag. x. fiat cum saccharo bolus. Aliud est biliosis & melancholicis humoribus conueniens. Recipe diacatholicon, triferę persicę an. dragm. v. cum saccharo fiat bolus.

Pro pituitosis, Recipe cassię recenter extractę dragm. sex, diacatholicon drag. duas & med. misce fiat bolus.

De potionibus minoratiuis

Potiones constant prædictis medicamentis & aquis destillatis vnc. iii. fere

& ſyrupis conuenientibus vnc. vnam, vel vnc. vnam & med. aliquando loco aquarum deſtillatarum datur decoctio aliqua.

Exemplum pro morbo bilioſo

Recipe aquarum cicoreæ, endiuiæ, ſcariolæ an. vnc. vnam, casſiæ recenter extractæ drag. vi. electua. de pſilio drag. ii. & med. ſyrupi roſati ſolutiui vnc. vnam, miſce fiat potio, datur mane & in aurora.

Aliud pro bilioſo.

Recipe decoctionis hordei vnc. iii. diacatholicon vnc. med. rhabarbari per noctem in aqua ſcariolę infuſi & mane expresſi drag. vnam, squinanti ſcrupu. med. electuarii de ſucco roſarum dragm. vnam & med. ſyrupi roſati laxatiui vnc. vnam, miſce fiat potio.

Aliud.

Recipe prunorum damaſcenorum nu. quinque, thamarindorum dragm. vnam, trium florum cordialium an. p. med. decoquantur in ſuff. quantitate aquę ad tertiæ partis conſumptionem in colatura diſſolue diacatholicon, triferę perſicę an. drag. tres, elect. de ſucco roſarum drag. ii. ſyrupi roſati laxatiui drag. i. miſce fiat potus.

Minoratiua cum electuario ſolido conſtant ex polipodio, ſena, pyretro, pulegio origano, ex quibus fieri poſſunt trageæ,

pilulæ minorantes elephanginę communes de hiera simplici, etiam quo ex terebentina fiunt.

Pręparantia bilem puram simpliciora.

Radices.

Endiuiæ, cicoreæ, filicis, altriplicis, graminis, asparagi, rusci.

Herbæ.

Lactuca, spinachia, hepatica, portulaca, bursa pastoris, malua, bete, plantago, verbenaca, acetosa, virga pastoris, folia mirthi, omnes sunt laxatiuæ.

Quæ astringentes sunt.

Endiuia, asparagus, politrichon, altriplex, scariola, hepathica, adianthos, capil. veneris, cicorea, gramen, lupulus.

Quæ aperientes

Lactuca, siluestre solaticum, semperuiuum, hiasciamus, nenuphar, papauer quādo valde refrigerandum est & concilian-dus somnus.

Fructus aperientes.

Pruna, thamarindi, sebesten, iuiube, mirabola. citrini, indi omnes laxant.

Fructus qui astringunt.

Berberis, ribes, sumach cidonia, mala punica, cortices salicis, thamarisci.

Semina quæ aperiunt

Quatuor minora frigida, semen melonum, cucumeris, cucurbitulę, citruli, quatuor frigida minora, psilii, endiuię, cicoreę, altripli. asparagi, scariolæ, hepaticæ, hordei.

Semina quæ astringunt.

Plantaginis, acetosæ, mirthi, cidoniorum, lactucę, hiosciami, papaueris.

Flores.

Violarũ, cicoreę, nenupharis, balãthii.

Bilem puram præparantia composita.

Syrupi aperientes.

Syrup. acetosus simplex, oximel simplex, oxisach. s. syrupus de endiuia. s. cum aquis cicoreæ, endiuiæ, scariolæ, hepaticę, graminis, lupuli, capillorum veneris.

Syrupi lenientes.

Syrupus violaceus, nenupharinus, papauerinus cum aquis his lactucę, maluæ, fumariæ, nenupharis, violarum.

Syrupi astringentes.

Syrupi de mirtho cum aquis portulacę plantaginis, rosarum, de cidoniis, de agresta, de granatis, de acetosa.

Syrupi reprimentes bilem

Syrupus rosaceus, de limonibus, de succo acetosę, de acetositate citri, cum aquis

am ante dictis.

Bilem crassam præparantia
Radices.

Altheę, altriplicis, cicoreæ, filicis, endiuiæ, tormentillæ, thamarisci, & quinque radices apii, fœniculi, petroselini, asparagi, rusci, buglossæ, boraginis, graminis.

Herbæ.

Althea, gramen, asparagus, borago, buglossa, hepathica, adiantos, citrach, politricum, galtricum, scolopendria, branca orsina, tormentilla, tamaris, lupulus, fumaria camomilla, meliloti, absinthii.

Fructus.

Pruna, iuiube, sebesten, thamarindi, quinque grana mirobalanorum.

Cortices & ligna.

Salicis cortex, thamarisci cortex, radicis apii, liquiritia, cortex radicis caparis.

Semina.

Quatuor semina maiora, scariolę, endiuię, lactucę, asparagi, alteę, altriplicis, anethi, fraxini, cardi benedicti, hordei, absinthii, hederę.

Flores.

Violarum, rosarum, cicoreę, camomillę, boraginis, buglossę. His omnibus miscere potes ex illis qui pituitosos humores crassos pręparant, prout bilis crassities

require videbitur.

Composita ad bilem crassam preparãtia.

Syrupi.

Syrupus acetosita. simplex, oximel simplex, syrup. fumariȩ. s. de cicorea, de bisantiis, syrupus acetosus compo. oxisac. compo. de endiuia compo. syrup. de scolopendria, cum aquis endiuiȩ, graminis, scolopēdriȩ, fumariȩ, lupuli, boraginis, buglo.

Syrupi lenientes & aperientes

Syrupus capillo. veneris, syrup. liquiritiȩ, syrupus de iuiubis cum aquis lupuli, graminis, chamomel.

Syrupi astringentes.

Syrupi de mirtho, de granatis, acetosus cum aquis portulacȩ, plantaginis, rosarum, boraginis.

PITVITOSOS HVMORES præparantia simplicia.

Radices.

CHelidonia pro oculis, pœonia pro cerebro & neruosis, Iridis & liquiritiæ pro pectore, buglossæ pro corde, capparum & thamarisci pro hepate & liene, rubiæ tinctorum & lilii pro matrice, saxifragiæ trigerium raphani pro renibus & vesicas, aristologiæ vtriusque rotũdæ & longę, centaurei vtriusque maioris & minoris, acori, gẽtianę, gariofilatę, dauci, phu. emiliæ, camp altheę. Quinque radices aprotine, vt supra, ebuli, samsuci, brionię serpentarię, genistæ, esulæ quibus in externis morbis vtimur.

Pœonia, maiorana, saluia pro cerebro chelidonia, isopus, brassica, prassium pro pectore, melissa, borago buglossa pro corde, mentha, balsamitha pro stomacho, eupatorium, agrimonia, tamarix, capparum folia pro hepate & splene, artemisia, saluia, matricaria, matris silua, saxifragia, lingua auis, eruca, vrtica, millefolium pro renibus, mali persici folia, rutha pro vermibus, bethonica, centaurea vtraque chamedris, aristolochia, emilia, campana, cariophilata, gentiana, mentastrum, calamintra,

origanum, nepita, pulegium, ſerpillum, apium, ſatureia, thymus, anethum, pimpinella, ſcabioſa, abſinthium, abrotanum, mercurialis, althea, petroſellinum, roriſmarinus, ocymon, danius, pencedanius, melilotum, agnus caſtus, polipodium, aſarum, ſambucus, ſenę.

Fructus.

PAſſulę, ficus, caricę, mirabolani, emblici, chebuli, emblici amigdalæ, pruna, piſtacea, dactili, auellana, capares, cucube guaiacum & lig. iuniperi eaſdem vires habent, hæc tamen poſteriora in decoctionibus non adhibentur.

Ligna & cortices.

Raſura ligni ſancti, raſura guaiaci & corticum auiſthen, raſura ligni fraxini, lignum iuniperi, lignum agni caſti.

Cortices.

COrtex radicum capparis, cortex radicis thamariſci, cortex radicis ebuli, cortex medianus ſambuci, cortex radicis hederæ, cortex radicis geniſtæ.

Semina & bacce.

POeonia braſſica, matriſilua, ſaxifragia lingua auis, ſemen erucæ, milium ſolis pro calculo, abſinthii, abrothani, anethi, hiperici, altheę, fęnugreci, ocymi, agni caſti cuſcute, liguſtici, iuniperi, raphani,

cartami, fraxini, petiosę, peucedani, sileris mōtani, quatuor seminũ calidorũ minorũ nigelle, bacce lauri, nasturtii, semē geniste

Flores.

Saluiæ, anthos, rorismarini, stechados, chelydonii, scabiosæ cum quatuor aquis maioranis, menthę, melissę, scabiosę, boraginis, buglossæ.

Composita pituitam præparantia.

Syrupi confortantes & concoctorii.

Syrupus de mentha, syrup. de cortice citri, syrupus de absinthio cum aquis, menthæ, maioranæ, buglossæ, scabiosæ.

Syrupi concoctorii attenuantes & aperientes.

Syrupus de stechade, syrupus de liquiritia, syrupus de prasio, syrupus de bysantiis, syrup. de calamento, syrup. de hysopo, syrup. de eupatorio, syrup. de arthemisia, oximelitis squill. cum aquis calamēthę, hysopi, eupatorii, saluiæ, bethonicæ, fœniculi, agrimoniæ, arthemisiæ.

Atram bilem præparantia simplicia.

Radices.

Centaurei vtriusque bethonicę, aristologiæ vtriusque cariophilani, pœoniæ,

enulę campanæ, caparini, tamariſci, bugloſſe, ebuli, ciclaminis, brionię, ſerpentariæ, geniſtę, quinque radices adaperitiuæ.

Herbæ.

Centaurea vtraque, borago, ariſtolochia vtraqꝫ, bugloſſa, gariofilata, betonica, enula campana, chamepitis, aſphodilus, ſcabioſa, ocymum, ſalma, lauendula, roſmarinus, ſatureia, thimus, ſerpillum, pulegium, calamentum, origanũ, polium melissa, eupatoriũ, agrimonia, tamaris, caparis folia, mercurialis, abſinthium, abrothanum, mentha, pimpinella, quinque capillares, ſcolopendria, politricum, adianthos, citrach, capillus veneris.

Sumitates.

Sumitas & folia ſambuci, folia lauri ciclaminis, brionię, ebuli, ſcolopendrię, polipodii, ſenę, epithimi quę communiter per vncias, aut per dragmas ordinantur.

Fructus.

Paſſulę, ficus, caricæ, cappares, tamarindi, pruna, mirabolanorum quinqꝫ genera.

Ligna & cortices.

Ligna hederæ, fraxini, cortex radicis capparis, cortex radicis tamariſci, cortex ebuli, cortex ſambuci.

Semina

Quatuor ſemina calida maiora, qua-

tuor ſemina calida minora, ſemen peonię, peucedani, petroſelini, anethini, ocymini abſinthii, abrotani, hiperici, fraxini, hederæ, ruthę, iuniperi, ſileris montane, naſturtii, raphani, nigellæ, geniſtæ.

Flores.

Anthos, ſaluiæ, ſcabioſę, ſtechadis, boraginis, buglosſe, tamarindorum.

Compoſita atram bilem pręparantia.

Syrupi roborantes & exhilarantes.

Syrupus de buglosſa, ſyrupus de pomis, ſyrupus de corticibus citri.

Syrupi roborantes, ſed non ita exhilarantes. ſ. ſyrupus de mentha, ſyrup. de abſinthio cum aquis menthæ, enulæ, bethonicæ, ſerpilli, ſatureiæ, meliſſę.

Syrupi apperientes, attenuantes citra caliditatem manifeſtam.

Syrupus de endiuia, ſyrupus de cicorea, ſyrupus de ſcolopendria, ſyrupus acetoſus cum radicibus, ſyrup. de fumoterrę, oximel compo. cum aquis lupuli, fumiterrę, ſcolopendriæ, tamariſci, abſinthii, graminis, aſparagi.

Syrupi attenuantes & aperientes potentiores.

Syrupus de biſantiis, de eupathorio, de

ſtechade, de calamento, oximel ſquilliticum cum aquis bethonicæ, ſaluiæ, eupatorii, agrimoniȩ, calamenti.

Attenuantes, & purgantes.

Syrupus de fumo terrȩ, de epithimo cũ decoctionibus attenuantibus & purgantibus, his addere potes alios qui & bilem craſſam & pituitam prȩparant.

De præparantibus ſyrupis, iulepis, & apozematibus.

PRæparantia humores dantur duobus, aut tribus, quatuor, pluribuſue diebus ante purgant. medicinas, & hac de cauſa prȩparantur ſyrupus, iulep. Syrupus nil aliud eſt quam decoctio ſimplicium medicamen. vſque ad totius aquæ conſumptionem adiecto dulcedinis gratia melle, aut ſaccharo. Certum eſt autem nimia decoctione med. vires exhauriri. Sed cum hyeme deſint herbe, cogimur ex illis eſtate ſyrupos componere, qui toto anno durent nam tenemur decoctio diuturnitatem non fert.

Apozema nihil aliud eſt quam decoctio facta ad mediæ partis aquȩ conſumptionem, vnde & a quibuſdam ſyrupi mediæ decoctionis vocantur. Aliquando ad tertiȩ tantum partis conſumptionem, quȩdam medicamenta maiorem decoctionem

non sustinent.

Iulep more quo vsurpatur ad preparandos humores, nihil aliud est quam mixstio syruporum cum aquis destillatis que mixstio ita se habet pro quolibet die damus vnc. vnam & med. syruporum Cum duplo aquarum destillatarum aut decoctionis sed fere dosis decoctionis nõ describitur sed relinquitur industrię pharmacoplæ. Ergo cum tribus uicibus miscebis Syrup. scribendo eorũ vnc. quatuor & med. Cum pro diebus vnc. sex addendo semper duplum aquarum vt vnc. x. pro tribus diebus & vnc. xii. pro quatuor, solẽt medici postquamlibet sumptionẽ Iuleb. dare tabulam electuariorum conuenientem, alterantia & roborantia morbo conueniunt.

Exemplum syrupi biliosis morbis conueniens pro tribus vicibus.

RECipe syrupi acetosi s. vnc. ii. syrupi de endiuia s. vnc. med. syr. de limonibus vnc. vnam aquarum lactucæ, acetose, scariolæ an. vnc. iii. misce fiat Iulep. pro tribus vicibus post Iulep. Recipe Electuarii triasandali tabulas iii. capiat horas duas post syrupum vnam s.

Aliud ad pituitã pro quatuor dosibus.

Recipe syrupi de calamento, syrupi de

stechade an. vnc. ii. syrupi de bisantiis oxi melis simplicis an. vnc. vnam, Aquarum fœniculi, Agrimoniæ, Betonicæ an. vnc. iiii. misce fiat Iulep. pro quatuor. Recipe Electuarii aromatici rosati tabulas quatuor, capiat duas horas vnam semel.

Exẽplũ cũ decoctione pro tribus vicibus.

Recipe lactuce endiuiæ scariolę an. m. vnum, quatuor sem. frigid. maiorum conquass. an. drag. ii. sem. lactuce scariole an. drag. vnam & med. hordei p. i. bulliãt in s. aqua ad tertię partis cõsumptionẽ, fiat colatura, cui addes syrupi violati de endiuia simplic. an. vnc. ii. syrupi nenupharini vnc. mediam misce fiat Iulep pro tribus. Recipe electuarii diadraganthi frig. tab. iii. capiat i. post Iulep. Aliquãdo aromatizatur Iulep. drag. vna rosarum sandalorum citrinorum in calidis morbis & Cinamomi macis squinãti, Gariophil. nucis muscatę in frigidis morbis.

Exemplũ Iulep aromatizati pro pituita.

Recipe syrupi de stechade oximelitis compositi an. vnc. vnam & med. syrupi de mentha vnc. ii. syrupi de eupatorio vnc. vnam aque saluie, Menthę, Calamenthi rorismarini an. vnc. iii. pro quatuor vicibus Aromatizetur cũ Cynamomi Gariophil. squinanti an. vncia med.

Recipe Electuarii diacimini tabulas quatuor cape i. post Iulep. sunt tamē qui tabulas nō dant quando syrupos arromatizāt.

De apozematibus.

APozemata constant hoc ordine Radicibus Corticibus herbis fructibus seminibus foliis floribus humores preparātibus & fit decoctio ad mediæ partis consumptionem adiecto in fine quod tamē in apozemate vtimur ad tertię partis cōsumptionem aliquando fit quando simplicia non multam concoctione sustinent vt si quis ex floribus & fructibus confecerit apozema.

Exemplum comitialibus ex pituita conueniens.

REcipe radicū iridis aristologie vtriusque peonie an. vnc. vnam & med. fœniculi, enule campane, an. vnc. vnam centaureæ cum radice. m. ii. Chamedris, Chamepitis, Saluie, Calamenti, pulegii, hysopi an. m. ii. foliorum lauri summitatum roris marini & Absinthii an. m. med. Passulę mundate capparorum an. vnc. vnam quatuor seminum calidorum minorum, Peonie & sileris mōtani an. vnc. ii. seminis peucedani, hyperici, iuniperi, an. vnc. vnam & med. florū stechados & lauendule, & geniste an pugill. med. zucchari. q. sufficit,

fiat decoctio secundum artem ad mediæ partis cōsumptionem dosi. Recipe electuarii Diamusci dulcis tabulas quinque, capiat vnam post quamlibet sumptionem ut in syrupis dictum est.

Pro bile crassa digerente & abstergente iecur & lien.

Recipe quinque radicum apertiuarum per horas quatuor in aceto tēp. vnc. vnam, radicis altheæ filicis an. vnc. vnam & med Clysterizæ rosæ caparum corticis & tamarisci an. vnc. mediam. cicoreæ, endiuie, buglosse, cum radicibus an. m. ii. eupatorii vulgaris, politrici, capilli veneris, hepatice an. manip. med. passulę mundatę ab arilis, thamarindorum an. vnc. vnam prunorum damascenorum paria septē, polipodii senæ an. drag. vi. quatuor seminū frigidorum conquassatorum, seminis fœniculi cimini & anisi an. drag. vnam & med. trium florum cordialium an. p. vnā & med. decoquantur in s. q. aquę ad medie partis consumptionē & addito in collatura zuccaro. q. suffic. & fiat apozema pro quatuor matutinis. Aromatizetur cū sandalorum citrinorum, rosarum rubearum & cynamomi an. scrup. ii. Recipe electuarii diarhodon Abbatis tabulas quatuor cape vnam post apozema.

Clarificantur aliquando apozemata cũ albuminibus ouorum & uitellis ut hodie quidem faciunt.

Medicamenta purgantia bilem

1 Cassia fistula, cuius dosis est communis drag. xii. vel x.

2 Manna, cuius dosis est vnc. ii.

5 Mirobalani citrini, cuius dosis in substãtia drag. ii. infusione vnc. & med. corrigitur cũ frictione amigdalarũ dulciũ, sed fere correctione nõ egẽt.

4 Aloes drag. vnam & med. raro nisi in pilulis datur. corrigitur lotione cum aquis frigidis vt endiuie & aromaticis quę species elephanginę dicũtur.

5 Rhabarbarum in substantia drag. vna & med. in infusione drag. iii. correctione non eget, sed vigoratur adiectione spice nardi, macis, squinanti.

6 Radix polipodii, dosis drag. vi. raro ea vtuntur medici, in decoctionibus ali quando.

7 Folia senæ in substantia drag. iii. in infusione drag. vi. raro vtuntur in infusione.

8 Diagridiũ scrup. i. hoc uenenosum est.

9 Decoquuntur pro bile purganda pruna damascena, tamarindi fumiterrę, eupatorium, polipodium, sena, thi-

mus mirobalani citrini.

Composita bilem purgantia, lenientia.

Diacatolicon trifera persica diaprunis. s. quorum dosis drag. x.

Fortiora.

Elect: de succo rosaceo.
Elect. de psilio.
Diaprunis solutiuum.
Diamanna.
Hierapríca galeni.
Pill. de hiera.
Pill. de rhabar.
Pill. de eupatorio.
Pill. de fumoterre.
Pill. inde.

Pituitam purgantia simplicia.

1 Cassia vigoratiua mixta his quę pituitam educunt dosis drag. x.

2 Mirabolani Chebuli emblici belliric dosis in substantia singul. est drag. ii. in infusione vnc. media corriguntur ut sup. cum frictione olei amigdalarum dul.

3 Aloe vigoratum & mixtum cū aliquibus pituitam purgantibus.

4 Rhaponticum vigoratum.

5 Piretrum singulorū dosis in substantia drag. i. & med. in infusione vnc. iii.

6 Succi radicis iridis est dosis vnc. iii.

7 Puluis radicis iridis dosis dragm. iii.
8 Agarici recenter trociscati cuius dosis est drag. ii. Agaricus simpl. non trociscatus datur cõmuniter in infusiõe dosis drag. iii. corrigitur cũ zinzibe.
9 Turbith, sarcocolę, sagapenum, opoponacum dosis sing. est scrup. quatuor, corrigitur in zinzibere, sale gemmę, & turbith, etiam cũ mastiche, sed tribus postremis raro vtimur.
10 Hermodactili dragm. vna & media.
11 Elaterium scrupu. ii. corrigitur cum mastiche & aroma.
12 Cortex radicis cucum. agrestis scru. i.
13 Euphorbium dosis grana xii. corrigitur cum dragagante, & cum lenientibus & extinguẽtibus acrimoniam.
14 Decoquuntur mirobalani, chebuli, emblici, polipodium, asarum, flores stechados, aristologiæ, radix vtriusq; iridis, brionię, cucumeris agrestis, folia lauri, semen carthami, semen nigellę, semen nasturtii, semen genistę, aliquando etiam agaricus, hermodactili, turbith, zinziber, vt infra in exemplis & formulis patet.

Composita quę pituitam purgant.

Electuarium indum maius, benedicta laxatiua, diaphenicum, diacarthami horũ

dosis est drag. v. trocisci coloquintide, & alhandal semidrag. trociscis his vti consueuimus quācunq; pil. sequētes acuimus.

Pilulę aureę, pil. stomaticæ, pil. asaurel. pil. hierę, pil. agregatiuę, pil. cochię, pilul. de agarico, dosis scrup. quatuor.

Pilulę fœtidę maiores, pil. artetice, pil. de hermodac. minores, dosis drag. i. fortes

Pilulę de opoponace, pil. de serapino, pil. de sarcocolla, pilul. de euphorbio, dosis scrupu. ii. sunt fortissime.

Ad bilem purgantia simplicia.

1 Folia senę dragm. iii.
2 Mirabolani indi drag. ii.
3 Epithimi dragm. quinque.
4 Puluis pulegię sing. dosis semivn. īfū
5 Puluis origani dant erit dupla dosis.
6 Succus fumiterrę
7 Succus lupuli sing. semidra. vel i.
8 Succus buglossę
9 Lapis armenus lotus & pręparatus, dosis dragm. ii.
10 Lapis lazuli lotus et pręparatus drag. vna & med. in substantia, infundi etiā possunt cum duplici dosibus corriguntur cum mastiche, & aromati.
11 Helleborus albus, & niger scrup. i.
12 Decoquuntur origanum, pulegium, fumus terrę, buglossa, lupulus, poli-

podium, ſena, tamarindi, paſſulę, centaurea, radix ebuli, flos geniſtę, flos ſtechados, helleborus vterque.

Compoſita

Trifera perſica, diacatholicon drag. x. confectio hamech drag. vii. diaſene, hiera logodion, hiera ruffini an. doſis drag. iii.

Pilul. de quinque generibus mirobalan. pilul. lucis maiores, pilul. lucis minores, pilul. inde, pilul. lapidis armeni, pilul. lapidis lazuli.

De purgantibus humores vniuerſaliter.

PVrgantia humores dantur communiter in potione, vel in pilul. aliquando etiam in bolo, & in puluere, plerunque in electuariis liquidis & ſolidis, ſed in quacunque forma dentur, eorum doſes diligẽter proportionãdæ ſunt, quando duo aut plures miſcentur, nec omittẽda ſunt, quæ eorum malignitatem ſi quam habent corrigant & emendent.

De potionibus purgantibus.

POtiones purgantes conſtant fere aquarum deſtillatarum morbo conuenientium vnc. iii. quarum loco plerunque decoctione vtimur conuenienti, ſecundo medicamentis ipſis purgãtibus bene inter ſe proportionatis. Additis etiam correctiuis

quando correctione egent, tertio vnc. i. aut vnc. med. ſyrupi alicuius ad dulcedinem inducendam morbo conuenienti.

Exemplum pro purganda bile:

Recipe aquarum endiuie, ſcariole, graminis drag. ii. Rhabarbari per noctem in aqua lupuli infuſi & mane expreſſi drag. vnã. Cinamomi ſcrupu. med. Electua. de ſucco roſa. drag. ii. Diacatholicon drag. iii. Syrupi roſ. laxatiui vnc. i. miſce fiat potio, detur cũ cuſtodia & debito regimine.

Confortans poſt purgationem.

Recipe conſerue roſarum, & nenupharis an. vnc. med. Sacchari parati miſce fiat bolus detur craſtina die purgationis, nam ſolent Medici dare bolum alterantem & confortantẽ craſtina die purgationis præſertim quando potio datur vel bolus, vel puluis, nam quando exhibent pilulas raro dant bolum alterãtem & confortantẽ.

Exemplum purgans pituitam cum decoctione

Recipe polipodii, paſſularum mundatarum an. vnc. vnam. Liquiritiæ raſe, ſeminis dauci an. drag. ii. bulliant in aqua ſ. potes ſcribere in aque lib. med. aut. vnc. nouem ad tertię partis conſumptionem & fiat colatura, in qua diſſolue diacarthami electua. indi maioris an. drag. ii. Agarici

recenter trocifcati fcrup.ii.fyrupi de men tha vnc. vnam, mifce fiat potio.

Recipe conferuæ,enulæ campane,radi cis acori an. drag. iii. cum zuccharo fiat bolus, detur die quæ fequitur purgationem in aurora.

Aliud ad atram bilem.

Recipe polipodii, paffularum mundatarum, fol.fenę p. med. bulliant in fuffic. quantitate aquæ ad tertiæ partis confum ptionem, & fiat colatura cui adde confectionis hamech drag.iii. diafenæ drag. ii. pulueris epithimi fcrup. quatuor, fyrupi de fumo terrę,& de epithimo an.drag.vi. mifce fiat potio.

Recipe theriacæ drag.vnam, mithridati fcrup. ii. zucchari parum,mifce fiat bo lus qd' detur fequẽti die poft purgõnem.

Nota, quod quando decoctio conftat his quæ fufficienter purgant,tunc non nihil diminuimus de dofi aliquorum purgantium.

De pilulis.

Med. purg. folida vel quæ in forma pi lularũ dantur funt vt pilul. per fe,quæ in pharmacopolarum officinis confectę iam reperiuntur,vel ex fimpl. parantur recen tes pilul. quas magiftrales vocant.

Modus ordinandi pilul. quę in officinis habentur.

HIc nulla alia habetur ratio nisi quod pilul. dosis scribitur proportionalis ipsius quando ex pluribus massis extrahũtur, sed cum syrupo, aut destillatis aquis aut vino formantur pilu. drag. v. vel vii.

Pilul. pro bile.

Recipe pilul. de hyera simp. & de rhabarba. an. scrup. ii. cum syrup. de endiuia vel cum aqua de endiuia formentur pilulæ. iii. vel ix. vel. Recipe pilul. de rhabar. drag. vnam, diagridii gran. iii. Cum aqua scabiosę formentur pilul. septem.

Pilulæ pro pituita.

Recipe pilul. cochiarum, & de agarico an. scrup. ii. cum aqua fęniculi, formentur pilul. septem.

Idem.

Recipe pilularum aurearum drag. vnã agarici recenter trociscati drag. med. trociscorum alhandal gra. ii. Cum aqua bethonicæ formentur septem.

Pilulæ pro atra bile.

Recipe pilul. de fumoterre, & de quinque generibus mirobal. an drag. med. cũ syrupo de epithimo formentur pilulæ septem &c. Et nota quod pilulæ accipiuntur cum diagridio in biliosis morbis ad

illas

illas acuendas. Cum agarico vero, aut tro ciſcis, alhandal in pituoſis & pil. de lapide lazuli, & de lapide armeno loto in melancholicis.

De pilulis magiſtralibus.

Pilulæ magiſtrales vocantur quando ex ſimpl. nouem conficiuntur quarũ compoſitio eadem eſt, quæ ſuperiorum propter med. inter ſe proportionata, additis ſi res poſtulat correctiuis & cum ſyrupo formentur pilulę, & pro tribus vicibus.

Exemplum pro bile.

Recipe aloes lotæ cum aqua endiuiæ drag. vnam rhabarb. drag. med. Cum ſyrupo de endiuia. Formentur pil. nouem capiat poſt primum ſomnum.

Exemplum pro pituita.

Recipe agarici recẽter trociſcati drag. vnam, turbith ſcrup. vnũ, maſticis & zinziberis an. gra. v. cum ſyrupo de ſtechade formentur pilul. nouem.

Exemplum pro atra bile.

Recipe lapidis lazuli cum aquis roſarũ, boraginis diligenter loti ſcrup. ii. maſticis grana vi. epithimi drag. med. Cum ſyrupo de fumo terræ formentur pil. nouem. Dantur pilul. circa mediam noctem poſt primum ſomnum, quibus ſumptis dormiat quouſque pil. operentur, nam à tem-

pore quo operari incipiunt, vigilandum est.

De bolis purgantibus.

De his diximus in minoratiuis, fieri tamen possunt, ex valẽtioribus, licet solidis purgantibus redigendo pulueres in tabulas electuariorum purgantium in formã boli cum aliquo syrupo.

Exemplum pro bile.

Recipe electuarii de succo rosarum drag.iii. diacatholicon vnc.quinque cum syrupo capilli veneris deaurentur cum folio vno auri.

Aliud pro pituita.

Recipe diacarthami electuarii indi maioris an. drag. ii. agarici recenter trociscati, zinziberis an. scru. ii. Cum syrupo de mentha & modico zucchari fiat bolus.

De pulueribus purgantibus.

Pulueres purgantes dissoluuntur communiter cum iure aliquo carnis, & sic propinantur modus compositionis talis est. Sumuntur med. ipsa in dosibus proportionalibus cum suis correctiuis & addita simili aut dupla quantitate zacchari, fiat bolus in hunc modum.

Recipe agarici recenter trociscati, hermodactill. an. scrup. ii. thuris electi & grumosi scrupu. med. zinziberis masticis an.

ſcrup. med. zucchari ad pondus omnium miſce fiat puluis detur cum iure pulli, aut pthiſana hordei.

Raro tamen dantur pulueres purgantes niſi in forma potabili cum aquis, decoctis, ſyrupis vt ſupra dictum eſt.

De electuariis ſolidis & liquidis purgantibus.

Fiunt communiter electuaria quando volumus vt ęger ſecum deferat medicamēta purgantia, quibus vtatur ſemel in hebdomata, bis in menſe.

Modus compoſitionis idem eſt electuariis alterantibus & confortantibus. Dicemus poſtea. Doſis autem elect. purgan. eſt an. drag. med. ferè pręſertim quando ſunt liquida. Nam ſolida vſq; ad vnc. vnam dari poſſunt, habita tamen ratione valentium medicamentorum aut imbecillium, de quibus diximus. Dantur diſſoluta in iure aliquo aut aquis deſtillatis, aut decoctionibus, aut vino. Nam additur vinum ad vires, aliquando etiam ſolida ſolum cō mendantur vt reliquę tabulę, & liquida deuorantur citra diſſolutionem, vt theriaca dari debent longe à paſtu, vt alia medicamenta purgantia.

AQVAM CITRINAM purgantia quę hidropi conueniunt.

Simplicia.

SVccus radicis iridis, puluis radicis iridis, asarum, dosis singulorũ est drag. i. agaricus, hermodactili quorum dosis est drag. i. & med. semen nigellæ, semen carthami, succus ciclaminis, succus rad. brionię, dosis horum est drag. iii. turbith, scariola, sagapenum, seu serapinum, opoponacis, dosis sing. scrup. iiii. cortex rad. cucum. agrestis, elaterium, idest succus cucumeris agrestis dosis sing. scrup. ii. catapotia, mesereũ, euphorbiũ an. dosis gra. xii.

Composita.

Diapheniconis dosis est drag. v. trocisch. alhandal dosis huius est drag. med. pillul. de agarico, pilul. de hermodactil. maiores & minores, pilul. de sagapeno, pilu. de sarcocolla, pil. de opoponace, pilul. de euphorbio, pilul. de mesereo.

QVAE SANGVINEM A putridis, salsis, serosis, & adustis humoribus mundificant.

Simplicia.

RAdices centaurei vtriusque, aristologiæ vtriusq;, ebuli, apii, ciclaminis iri

dis, brionię sambuci.

Herbæ.

Buglossa, borago, altriplex, althea, fumus terræ, pulegium, eupatorium, absinthium, capillus veneris, agrimonia, hisopus, chamedris, chamepitis, polipodium, sęna, vrtica, mercurialis, origanum, lupulus, assarum, thimus, epithimus.

Fructus.

Iuiube, sebestē, pruna damascena, ficus caricę, passulæ, tamarindi, quinꝗ genera mirabolanorum.

Semina.

Nigellę cōdisi nasturtii, raphani vtriusque, sena, mirabolani dosis drag. iii. allia, rhaponticum, agaricus trociscatus drag. vnam & med.

Puluis.

Radices, polipodii, origani, pulegii, epithimum, thimus, dosis horum drag. v.

Succi.

Succus rosarum, violarum, fumiterræ, lupuli, rad. buglossæ, centaurei sing. dosis vnc. ii. & plus, cassia drag. x. māna. vnc. ii.

Composita.

Diaprunis med. diacatholicō dos. drag. x. trifera persica, hiera rarissime datur in potu, confectio hamech, diasenę drag. vii. vel drag. v. hieralogodium, hiera rufini.

dosis dragmis tribus, syrupi de fumoterræ syrupi de epithimo, syrupus rosatus solutiuus dosis vnc. tribus.

Pill. de rheubarbaro, pilul. de eupatorio, pilul. de hiera simpl. pilul. aggregatiuę, pilul. assaiaret, pilul. sine quibus, pillu. de octo rebus, pilul. imperiales, pilul. ex mastiche, pilul. aureę, pilul. cõmunes, pilul. de fumoterrę, pilul. de quinque generibus mirobal. pilul. de hermodactilis maiores & minores, pilulę lucis maiores & minores. Harum omnium dosis est à drag. i. vsque ad scrup. quatuor.

VOMITIVA MEDICAMENTA simplicia Lenia.

AQua tepida, aqua hordei tepida, oleũ cum aqua, ficus recenter cõmesti, multa & superaddita aqua tepida.

Mediocria.

Anethi semen & flos, radix & semen altrip. radix & semen melonum & cucumeris, radix & semen rhaphani, semen rapæ, radix bethonicæ, radix erucę, semen nasturtii, semen dauci.

Fortiora.

Flores cortex & radix, ebuli, flores sambuci, rhaphani siluestris, radix & semẽ coępę, & nasturtii, ciclaminis radix & succus,

ſemen napiſci, cortex rad. cucu. ſilueſtris, elatherium, colocynthis, nux vomica, folia laureolæ, geniſte cortices, ſemina, & flores hellebori tum nigri tum albi.

Compoſita

Lenia.

Hidromel ex aqua cōi hidrom. ex aqua hordei, ſyrupus acetoſus comp. ſyrupus acetoſus ſimp. oximel ſimplex.

Mediocria.

Hiera picra Galeni, puluis eiuſdem quibus tamen ad vomitum raro vtimur.

Fortiora.

Oximel ſquillitticum, diaphenicon his etiam raro vtimur ad prouocandum vomitum.

De vomitiuis.

Ferè dantur in potione iſta vomitiua, miſcentur pulueres med. vomitiuorum in doſi dragm. i. aut dragm. med. ſecundum earum efficaciam cum vnc. tribus aquarum deſtillatarum, aut decocti alicuius additis aliquando vomitiuis in doſi vnc. vna, vel vncia vna & media, aliquando etiam parantur ſine pulueribus, ſcilicet, cum liquoribus & ſyrupis conficiendo ex illis veluti iulep. Aliquando conſtant tantum decocto, aut aliquo alio liquore citra mixtionem ſyruporum, aut pulueriū.

Exemplum ſine puluerib9 & ſyrupis.

RECipe decoctionis hordei vnc. iii. acori vnc. vnam, olei vnc. med. miſce fiat potus, detur tepide poſt cibum.

Exemplum cum ſyrupo.

Recipe ſyrupi acetoſi ſcilicet vnc. vnā & med. decoctionis hordei & ſeminis altriplicis vnc. iii, miſce fiat vomitorium, detur tepide.

Exemplum cum pulueribus & decoctis.

Recipe corticis raphani, ſeminis altheæ an. drag. duas, foliorum lauri drag. tres, hordei p. med. bulliant in lib. med. aquæ ad tertiæ partis conſumptionē, in colatura miſce pulueris & ſeminis raphani, altriplicis an. drag. med. oximelitis ſcilicet vnc. i. acori communis vnc. med. miſce fiat vomitorium, detur tepide.

MENSTRVA prouocantia.

Radices.

IRidis, valerianæ, ciperi, acori, brioniæ, ariſtologiæ vtriuſque, lilii rubei, dictami aſphodili, gariophil. gentianæ, perroſelini, apii, centaurei vtriuſq;, ciclaminis.

Herbæ & folia.

Saluia,hysopus,artemisia,sabina,matricaria,matrisilua,betonica,chamedris,cuscuta, valeriana, dictamus, gariophilata, gentiana,mentastrum, calamentum, pulegium,serpillum,origanum,satureia,phu, assarum,abrotanum,polium,petroselinũ, daucus,peucedanum,aristologia vtraq;.

Fructus vt

Caparis cum oleo amigdalarũ dulciũ.

Semina

Brassicæ,matrisiluæ,iuniperi mei peucedami,sileris montani, petrosel. quatuor semina calida maiora,cuscute, nigellæ,nasturtii,bacce lauri.

Flores.

Saluiæ,anthos,matrisiluæ,arthemisiæ, adde succos concretos ladanum gidini,ammoniacum, bdellium, laccam, mirrham, opoponacum,sagapenum,stiracem liquidam & aromaticam,cassiam ligneam,macim,cinamomum,lignum aloes, xilobalsamum,galãgam, calamum aromaticum, diaconicũ zedoarium,zinziber,spica nardi,squinantum, cucu bus, gariophila, piper,cardamomum, semen cardami maior & minor,grana paradisi,crocum,castoreũ muscum,ambram,algaliam, cantharides.

Composita.

Syrup. de bisantiis de prasio. sy. de calamentho de artemisia, trocisci de mirrha, trocisci de gallia muscata, aurea alexan. athanasia, trifera magna sine opio, diacalamenthum, mitridatum, theriaca, diacostũ, dialacca, diacucurma.

De prouocantibus menstrua.

Quę menstrua prouocant, dãtur in apozematibus & syrupis, aliquando in pillulis, aliquando in puluere, sepe etiam in potionibus, sæpe eadem de causa supponuntur pessaria.

De syrupis & apozematibus menstrua ducentibus.

Syrupos deligimus menstrua ducentes & miscemus cum duplo aquarum destillatarum aut conuenientis decoctionis pro tali aut quatuor matutinis vt supra abunde de vtroque dictum est.

De potionibus ad idem.

Constant communiter vnc. iii. aquarum destillatarum aut decoctionibus, & drag. i. fere puluerum trociscorum, aut aliorum simplicium & compositorum medicaminum ad rem facientium, & eadem vnc. i, fere syrupus apropriatur.

Exemplum potionis.

Recipe decoctionis rubeæ tinctorum vnc.iii. pulueris radicis iridis, & gentianæ an. scup. 1. sabine scrupul. med. syrupi de arthemisia vn. i. detur mane reiteretur bis aut ter.

De pilulis.

Forma pilularum eadem est quæ superiorum, constant enim pulueribus simplicium aut trociscorum aut aliorum compositorum medicamentorum menstrua ducentiũ rediguntur[que] in pilulas cum theriaca, mitridato, trifera magna cum syrupo aliquo oportuno.

Exemplum.

Recipe pulueris sabine, & arthemisie scrup. 1: asari scrup. ii: seminis nigelle scrupul. med. croci grana quinque, castorei gra. sex, cum theriaca formentur pill. septem pondere drag. i. capiat quinque aut septẽ singulis diebus paulo post mediam noctem.

Exemplum de pulueribus.

Parantur ex simplicibus cum trociscis puluerizatis, adita æquali, vel dupla quantitate zucchari.

Recipe seminis iuniperi & nigelle squinãti

an. drag. med. ſabine, gariophili, cinamomi, ſpicinardi an. ſcrup. vnum, zuchari ad pondus earum vel duplum, miſce fiat potus, capiat coclearium vnum aut med. per horam ante prandium.

De peſsis.

Peſsi, vt menſtrua prouocent, parantur quidem vt fluxionē prohibeant & aſtringant, quidam vt dolores leniant & molliant, qui menſtrua prouocant, conſtant pulueribus & ſuccis appropriatis quę excipiuntur theriaca, trifera magna, mitridato, melle & ſimilibus pulverum.

Exemplum peſsi.

Recipe radicis galange, & rubeę tinctorum, & iridis an. drag. vnam & med. ſabinę, arthemiſię, matricarię an. drag. ii. ſemē nigellę coſt. drag. med. excipiatur cum trifera magna & fiat peſſarium.

Aliud.

Recipe radicis coſti, baccarum lauri, & iuniperi an. drag. ii. ſabinę, ciperi, rutę, an. dragm. med. ſtoracis liquidę, caſtorei an. drag. vnam, cum melle fiat peſſus.

De peſsis aſtringentibus.

Conſtant pulueribus aſtringentibus, exceptis liquore, aut ſucco aſtringente, aut compoſitione aliqua liquida aſtringente, vt hæc.

Recipe boli armeni dragm. duas, acaciæ, hipochiſtidos, mirthillorum, ſeminis plantaginis an. dragm. vnam & mediam, roſarum rubearum, coralli vtriuſque balauſtiorum an. ſcrup. duos, cum ſucco plãtaginis fiat peſſus.

De mollientibus & dolorem lenien. peſsis.

Conſtant cera, axungia gallinę, hędi anſeris, anatis, medulla ceruina, butiro recenti, vitello ouorum, ſeminum lini, fœnugręci additis etiam oleis chamomelinis, anethino in miſtura, & liquida ſolidis commiſceantur & totius quantitas non excedat vnc. quatuor.

Recipe axungię anatis, gallinę, olei violarum an. vnc. med. ſeminis lini, & fœnugræci an. dragm. duas, vnguenti roſacei vnc. vnam, miſce fiat peſſarium.

Hemorhoides aperientia.

Ciclaminis ſuccus, radicis iridis ſuccus, centaurei minoris ſuccus, radicis brioniæ ſuccus, rhaphani ſuccus, valerianæ ſuccus, hordeum, ſquilla, narciſus, anagallidis folia, ſtaphiſagria, porrum, cæ-

succus hordeum squilla, narcissus, anagallidis folia, staphisagria, porrum, cæpe, synapi, lupuli amari, piper, amigdala amara, semen nasturtii, raphani semen, dauci semen, nigelle semen, erucæ, fel bubalum, medula colochintis in amigdalis macerata, cretha usta, hirrudines apposite, ferrum ignitum. Quæ hemorrhoides aperiunt hæc fere sunt, localia vnguenta atque linimenta cataplasmata, fomenta & cætera. Ex his quæ hemorrhoides aperiunt idonea quarum formas explicabimus infra.

VRINAS PRORITANtia quæ & arenas & calculos rumpunt & expurgant.

Simplicia.

Radices.

Filicis, altriplicis, thamarisci, altheæ, quinque radices apertiue, asparagi, rusci, fœniculi, apii, petroselini, graminis, rhaphani radices, eringiorum, satirii, saxifragiæ, gentianæ, asphodeli.

Herbæ.

Agrimonia, althea, asparagus, gramen, apium, fœniculum, petroselinum,

bethonica, vrtica, enula campana, ſaxifragia, lingua auis, pimpinella, eruca, ſerpillum, pulegium, anethum, polium montium, citrach, quinque capill. adianthos, polithricum capillorum veneris, ſcolopendria, lupulus.

Fructus.

Iuiube, ſebeſtem, capares, alchachangi, amigdalę amare, cortex caparum, cortex thamariſci.

Semina.

Quatuor ſemina calida maiora & minora, fraxini, altheæ, ſaxifragiæ, aſparagi, hederæ, erucę, linguæ auis, vrticę, millefolii, iuniperi, carthami, peucedani, naſturtii, petroſelinum, ſileris montani, geniſtæ, grana paradiſi, ciceris, nigri, & rubri.

Flores.

Iuniperi, Antheæ, altheæ, geniſtæ, adde, aromatica illa quæ prouocare diximus.

Compoſita.

Syrupus acetoſus compoſitus, oximel compoſitum, oxiracharum compoſitum, ſyru. de biſantiis, ſyrupus capilli veneris, ſyrupus de iuiubis, ſyr. de eupatorio, oximel ſquilliticum, diaſatirion, diatriō pipereō, dialacca, diacucurma, trociſci de caparis & fere oīa quæ mēſtrua prouocant.

PVLMONES expurgantia.

Flores.

Altheæ,Graminis,Aſparagi, Liquiritiæ,Iridis,Apii,Fœniculi,Enulæ cãpane.

Herbe.

Althea, gramen, aſparagus, hyſopus, braſica,praſſium,iris,fœniculum, Adianthos,apiũ,capillus veneris,enula,pulmonaria,polium,pulegium,camepithi,ſerpillum,calamenthum,origanum, ſcabioſa.

Fructus.

Iuiube,ſebeſtem, paſſulæ, ficus, caricæ, cæpe, dactili dulces,pineæ,amigdalę dulces & amaræ,cucubæ.

Ligna, & cortices.

Liquiritia,cortex radicis capp. cortex thamariſci.

Semina.

Althee,fœnugreci,lini,fœniculi, acori, apii, ameos, amomi, aniſi, cucumi, carui, lauri,pirethri,zedoarię, iuniperi,braſſica.

Flores.

Viola,cichorea,anthos,iris, all. aromata vt ſupra in menſtruis.

Compoſita.

Syr.violaceus,ſyrupus end.com.ſyrupus capilli veneris, ſyrupus de liquiritia,

ſy.de

ſyrupus de calamento,ſyrup.endiuię ſimplex,ſyrup.de biſantiis,ſyrup.dę iuiubis, ſyrup. de hiſopo, ſyrup. de prasſio, oximel ſquil. loch ſanum & expertum, loch de pino, loch de pulmone vulpis, loch de caulibus,de brasſica, loch de ſcylla, diapenidium ſine ſpeciebus & cum ſpeciebus, diacris ſimplex,diacris Salomonis, diadraganthum calid. diaprasſiū, diacalamentū trociſci de violis,trociſ.de gallia muſcata, troci.de caparibus,cōſerue violarū,cōſer. enule cāpanę,cōſer.cicoreę,cōſer. acori,cōſer.florū ſcabioſę,mel violatū,mel anthos mel roſaceū.

De loch.

Loch pulmonum morbis conuenit,quę autem in officinis reperiuntur, in initio diximus. Miſcentur inter ſe conditis,plerunque ſimplicibus & prępoſitis medicamentis,pulmonibus dicatis, quæ tamen cum ſyrupo aliquo pulmonico redigantur in loch aut cum melle.

Exemplum.

R. loch ſani & experti,loch de pino an. vnc.i.pinearum vnc.med.farine ſeminis lini & fęnugręci,pulueris glicerize an.vnc. i.& med. pulueris diatris .ſ. & diapenidii an.ſcrup.ii.ſy.de gliceriza q.ſ. fiat loch capiat ſex in die longe à paſtu. Datur quantitas auallane lābēdo cū glicerize baculo:

Cerebrum per os purgantia apophlegmatiſmis maſticatoriis deſtinatis.

Radices ſiccę.

ACcori, iridis, gentianę, valerianæ, coſti piretri, zinziberis, galangę, zedoarię.

Herbę ſiccę.

Hiſopus, origanum, eruca, ſquinanthum, ſtaphiſagria.

Fructus.

Paſſulæ, ficus, caparis, amigdala amara, nux muſcata, gariophili, piper, ſquilla.

Lig. cort.

Ebuli, ſambuci, lauri, raphani, macis, ligni aloes.

Semina.

Erucę, ſinapi, raphani, peucedani, nigellę, carthami, naſturtii, cōdeſi, ſtaphiſagrię, iuniperi, cardamomū, grana paradiſi, lauri baccę. Flores.

Stechados, geniſtę, carthami, adde mel cerā, & gummi ammomi, acum, maſtichen mirrham, & caſtoreum.

Per nares purgantia & caput purgiis dicata

Radices.

IRidis, pirethri, zinziberis, hellebori vtriuſque, cucumeris agreſtis quas in exiguam quantitatem miſcebis.

Succi.

Bethę,brasſicę,origani,marrubii,hyſopi,amigdala,ciclaminis,erucę, florum cucumeris agreſtis.

Herbæ.

Hyſopus,maiorana,betha,& ex quibus ſuccos extrahes ſiue ſint coctę, ſiue pulueriʒatę.

Fructus.

Gariophili, nux muſcata,cucube,piper

Cortices.

Macis lignum aloes.

Semina.

Erucę,ſinapi,naſturtii,amigdalę,condiſi,nigellę, rhaphani, geniſtę, baccę lauri.

Flores.

Stechados,carthami,geniſtę, adde gummi,ammoniaçum,aut mirram, caſtoreum, nitrum,ſal gemmę.

Aquę deſtillatæ & olea.

Sambuci,maioranę,rhaphani,oleum de caſtoreo, ol. ruthaceum, ol. de iunipero, ol. de euphorbio, ol. de piperibus, ol. laurinum, ol. de cucumere agreſti.

Sternutamenta.

Piper ſemen, condiſi,ſem.erucę,ſem.naſturtii,ſtaphiſagria,ſinapi,pirethrum, elleborus vterque,caſtoreum,& quæ errhinis deſtillata ſunt.

De apophlegmatiſmis ſeu
maſticatoriis.

Conſtant ſimp. med. ad hanc rem deſtinatis ruditer confractis & commanducatis ſub dupla forma, aut in contuſa & contrita melle, aut ſucco aliquo, vel liquore rediguntur in trociſcos, vel formas ſimiles lupinis, aut medicamenta ipſa cõtuſa panno lineo tanquam ſacculo excipiunt & ſic commanducantur, ſcribunt pul. vnc. i. terantur & cum melle fiant formulæ ſimiles lupinis.

De maſticatorio exemplum
ſecundi modi.

Recipe, origani, iſopi, corticis, radicis, capparis, paſſularum mundarum an. vnc. vnam, piretri, zinziberis an. ſcrup. ii. piperis albi, ſemi. ſinapi, ſtaphiſagriæ an. drag. med. terantur in ſacculo lineo incluſa miſcentur deinde maſtica matutino tempore exonerato ventre & poſt commanducationem os abluere conuenit cum aqua hordei calida aut hidromelite.

De caputpurgiis.

Conſtant ſuccis ac liquoribus appropriatis ſolis, vel admixtis pulueribus, ſuccorum doſis dragm. iii. nam excedant hæc pulueris doſis, drag. i. ſuperet.

Exemplum.

Recipe ſucci bethę vnc.i. ſucci anagallidis vnc. i. ſeminis nigellę gariophil. piperis an. ſcrup. med. criſocolle gra. xii. miſce fiat caputpurgium ſufficit vnc. med. caputpurgii vna vice contraxiſſe attractionis tempore os repleatur aqua in exitu lecti mane.

De errhinis.

Omnes naſalia vocant fiunt communiter ad purgandum cerebrum, aliquando etiam localium vicem ſubeunt particularibus narium morbis curationē allatura.

De errhinis purgantibus cerebrum.

Conſtant iiſdem quidem quibus caputpurgia hic tamen mixtionis habenda eſt ratio vt pulụeres cū liquoribus craſſeſcāt inſtar vnguenti & poſtea excipiantur panno lineo aut ſerico farina piramidalis.

Exemplum.

Recipe piperis dragm. i. ſeminis nigellę condiſi an. drag. i. gariophilorum macis caſtorei an. ſcrup. med. cum ſucco excipiantur & redigantur in formas piramidales & iniiciantur in nares.

De errhinis localium vicem ſubeuntiụm, horum compoſitio nō diſtat à priore

præterquam in materia quæ hic mundificans exciccans erodens esse debet prout morbus requirit.

De sternutatoriis.

Rediguntur medicamenta sternutatoria in pulueres & naribus attrahuntur mane in exitu lecti. puluerum omniũ vna vice ordinatorum dosis vt vnc. i. aut ii.

Exemplum.

Recipe condisi piperis an. drag. ii. macis gariophili, zinziberis an. drag. i. castorei drag. med. ellebori albi gran. ii. misce fiat potus sternutatorius.

De gargarismis.

Gargarismi quidem masticatorum loco vsurpantur & pituitam è cerebro eliciunt, quidam localium vicem subeunt in fauciũ morbis fluxum reprimendo & discutiendo materiam siccam.

Gargarismi purgantes cerebrum.

Constant succis aut decoctis apophlegmatismis destinatis & pulueribus eadem facultate præditis sufficit liquorum vnc. vi. vna vice ordinasse & puluerum dragm. ii. aut iii. Quibus vere additur mel rosaceum mel anthosaium syrup. de stechade, syrup. de calamento vnc. i. vsque vnc. duas.

Exemplum.

Recipe origani, hysopi, maioranæ, sal-

uię an.m.i.passul. vnc.i.corticum rad.ebu li,capparum an. drag. ii. bulliant in aqua ad tertię partis consumptionem.ac facta co latura de qua recipe lib.med.seminis nigel lę,condisi an.scrup.iii.syrupi de stochade, syrupi rosacei,mellis colati an.vnc.i.misce

Gargarismi qui vicem loca
lium subeunt.

Gargarismus quo solemus vti debet esse repellens,cohibens,astringens,exciccãs discutiens,extergens iuxta particulares intentiones. In reprimentibus misces syrupum mirthinum, syrupum cydoniorum, syrupum nenupharis, de papauere, de ribes,rab.de berberis.s.diamorum,acarum, paneum. In astringentibus & discutientibus miscemus mel rosatum colatum, quæ omnia cum succis decoctis & pulueribus eandem proportionem seruant quàm superiores.

Exemplum.

Recipe portulacæ,acetosæ, plantaginis m. vnum, corticum malorũ granatorum sumach an. vnc.med. capulorũ glandium drag.iii.rosarum rubearum p.med. decoquantur in libra vna aquæ ad tertiæ partis cõsumptionem,in colatura dissolue dianiarum vnc.med.syrupi mirthini & de papauere an.vnc.i.aceti vnc. med. misce fiat gargarismus.

Sudorifera ſimplicia.

Radices.

Alteę,graminis,fœniculi,ireos,aſparaſragi, apii.

Herbæ.

Abſinthium, althea, anetum, abrotanum,camomilla,millelotum,ſerpillum ſaluia,iſopus,nigella,apium,fœniculus, calamentũ,origanum, pulegium,ſcabioſa.

Fructus.

Paſſulæ,ficus, caricæ.

Ligna & cortices.

Sanctum guaiacum & corticis eiuſdem iuniperi,ebuli,lentiſci, cortex radicis geniſtæ.

Semina.

Quatunr calida maiora & minora,lentiſci,anethini,fraxini,ciceris nigri.

Flores.

Saluię,anthos,ſtechados, chamomillæ, & quęcunque diſcutiunt & vrinas prouocant,meli loti.

Compoſita.

Hidromel,aqua hordei,aqua decoctionis cynamomi,aqua deſtilationis eiuſdem, ſyrupus de biſantiis, ſyrupus de hyſopo diaris,ſcilicet diaris ſalomonis trociſchi de rhabarbar. de eupatorio.

Quæ attenuant, roborant, concoquunt, tam introſumpta quàm extra adhibita ſimplicia.

Radices.

GAlangę, ben album & rubrum, ariſtologię, gentianę, iridis, peonię, pirethri, centaurei, acori, dictami, zinziberis, zedoarię, calami aromatici, doronici, rapontici.

Herbæ ſiccę & decoctæ.

Saluia, peonia, hyſopus, praſſium, borago, bugloſſa, menta, balſamita, eupatoriũ, agrimonia, ſcolopendria, betonica, ſabina, calamentum ſerpillum, origanum, pulegium, thimus, ſaxifragia, ſpica nardi, ſquinanthi, ocimi, & quę pituitam preparant.

Fructus.

Anacardi, anigdalę dulces, auellana, piſtacea, pineę, capares, carpobalſamum, caricę, ficus, paſſulę, cucubę, gariophili, nux muſcata, piper, dactili.

Cortices.

Cortex citri, radic. caparis, thuris, cinamomi, macis.

Ligna.

Aloes, xilobalſami, liquiritię, agni caſti, guaiacum, viſcu quercinum.

Semina.

Peonię, ocimi, sileris, mentha, anethi, cardamomi, milium, salis, agni casti, gra. paradisi, gra. tinctorum, baccę lauri, quatuor semina maiora & minora.

Flores.

Croci, ocimi, anthos, melissæ.

Liquores.

Vinum, oleum, succus iridis, ladanum, briniun. manna, mel, gummi, mastix, mirrha, stirax liquida, stirax calamen, thus, quæ sequuntur raro intra sumuntur, scilicet gumi ammoniacum, bdelium, gummi hœdorum, oleum therebentina, resina, colophonia, pix naualis, sarcocola, sagapenum, opoponacum, galbanum, vermix, sandaracha.

Metallica.

Vitreolum cinis, oleumartechimica extractum, sal indum, zacchrū cand. asphaltum, bitumen maria, sulphur, detur astmaticis per os.

Quæ ex animalibus.

Cerebrum leporis, coagulum leporis, castoreum pulmo, vulpi iecur, lupinum iecur, caninum renes socre, pili leporis, sanguis leporis, sanguis hircinus, sanguis anathis, sanguis gallinę.

Composita concoquentia attenuentia & roborantia.

Diaprussum, diaciminum, diarium, salomonis, diacalamentũ, diacostum, diagalanga, diacurcuma, diatrion pipereon, diasatirion, trifera magna, aurea alex. mithridatum, theriaca.

Liquida.

Conseruæ enulę, conserue acori, conseruæ satirion, zinziber cond. trocisci de gallia trocis. de rhabarbaro, trocisci de iunipero, trocisci de lacca, trocisci de absinthio, trocisci de lignoaloes, trocis. de caparibus.

Lenientia pectus & fluxus cohibentia.

Diapenidium cum speciebus, diadraganthum calidum, aliptha muscata.

Abstergentia

Mel rosatum, mel anthesatum, conserua enulę, zaccharum genistæ.

Astringentia.

Nuchatri mira. s. diacidomelis cũ specieb.

Roborantia magis q̃ alia re predita.

Diacameron, electuarium de gemmis dianthos cum musco, diamargaritum calidum letificans Gal. diamuscum, muscus aromaticum ros. conserua florum anthos, conserua florum scabiosæ, cortex citri conditi.

Confortantia calidis morbis destinata quæ intra & extrinsecus adhibentur.

Simplicia.

Quæ bilem pręparant herba hepatica, & quæ bilem pręparant tormentilla, scolopendria.

Fructus.

Pruna, cerasa, mala punica, berberis citrini, triasandali.

Corticis.

Granatorum, mandragorę.

Semina.

Citri, acetosę, rosarum, anetũ, hordeum & omnia quę bilem pręparant.

Liquores & succi.

Acetositas citri, acetum omphacinum, succ. acetosę, succ. rosarum, succ. cidomiæ, succus malorum granatorum, hipocistis, acacia, sanguis draconis, cãphora, opium, gummi arabici, succimini, coralli.

Metallica.

Argenti & auri folia, plumbus extrinsecus supponitur.

Lapides.

Hęmatithes, corallus albus, margarita, perforate, vel non, amatistus vitium, pumex, hæc tuta tamen raro intra summunt.

Terrę.

Terrę sigill. bolus armen. rasura eboris.

os cordis cerui, rasura cerui vnicornis, os sæpię, seta quę tamen sępius extrinsecus adhibentur.

Composita astringentia.

Diachilon sine speciebus, diacorallum, trocisci de carabę, trocisci de terra sigillata trocisci diacoralinum, trocisci de alhahēgi conditum ex carnibus cidomorum, succus cydoniorum conditus.

Lenientia & fluxus cohibentia.

Diadragantum calidum, diapapauer, sine speciebus, conserua rosarum, conserua nenupharis zach. rosa. tabula.

Quæ vt roborent & alterant præparantur.

Diamarga frigida, manuschristi, diatria sandali, diarhodon abba. trocisci de eāph. trocisci de viola, trocisci de spodio, conser ua violarum, cōserua cicoreę, zaccharum violatum, cucurbita cōdita, cerasa cōdita.

Cōfortantia quę calidis & frigidis morbis cōmunia sunt.

Simplicia Radices.

Tormentillæ, altheę, thamaris, & quæ bilem crassam præparant.

Fructus.

Iuiubę, sebesten, amigdalę, pruna, pistaceę, pineę, passulæ.

Semina

Maluę, altheę, aſparagi, altriplicis, fœnu greci, fraxini, cardui benedicti.

Flores.

Violarum, bugloſſæ, camomillæ, mellilotí.

Liquores & ſucci.

Acetoſitas citri, ſuccus liquiritię, penidię amilimi, ſaccharum, manna, ladanum, camphora, gummi arabici, dragagantha, maſtix, thus.

Ex animalibus.

Os cordis cerui, cerebrum leporis, cancrorum cinis, butirum, lac, mãna, diambra, muſcus, algalia, quæ tria odore plerunque nocent cerebro.

Compoſita.

Diarrhodon abbatis, diamargariton frigid. elect. de gemmis letificans Galeni, diapenidium, diacidonium, alepta muſcata, diatriaſandali, trociſcus diarrhodon, trociſcus capparum, mirabolani conditi, caro citri condita, nuces conditæ, mel violaceũ, zaccharum roſaceum, violatum, zuccharum maluatum, zuccharum boraginatum zuccharum bugloſſatum, conſerua roſarum, cicoreę, conſerua capilli veneris, conſerua bugloſſæ, conſerua boraginis.

De trageis alterantibus & confortantibus,& pulueribus.

Scribuntur pulueres alterantium, vel confortantium ſimplicium vel compoſitarum & cum eadem quantitate zachari muſcati, autem aum dupla iam diximus ſufficit modice vna vice ordinare vnc. i. vſque ad vnc. iii. puluerum, detur clyſter vnum longe à paſtu.

Exemplum ad bilem reprimendam.

Recipe ſandalorum, coralli vtriuſque dragm. med. margaritarum, reſinę, eboris an. ſcrup. vnum, ſeminis acetoſę, portulacę, & endiuię ſcrup. ii. puluis diarrhodon abbatis drag. i. trociſci de camphora ſcrup med. zacchari ad pondus omnium, miſce fiat tragea.

De electuariis liquidis in forma opiata.

Electuaria liquida ſiue laxent, ſiue purgent, ſiue roborent, conſtant ferè pulueribus admixtis aliquando fructibus & aliis ſimplicibus, aut compoſitis, quę melle aut ſyrupo aliquo condiuntur. Ingredietium doſis ab vnc. vna, vſque ad vnc. iii. & nota quod hæc conſerua & condita non excedere debet vnc. vnam.

Exemplum pro tertiana.

Recipe conſeruæ roſarum & nenupha.

an.vnc. med. pul. diarrhodon abbatis & triasandali an.scrup.ii. trocisci de spodio, & de camphora an scrup.med.seminis cucumeris melonum,cucurbitę an.drag. i.seminis acetosę & portulacę an.scrup.iiii. syrupi de endiuia q.s. misce fiat electuarium liquidum in forma opiati.Capitur ad quãtitatem auellanę longe a pastu,de dosi purgant.elect.supra diximus.

De electuariis solidis.

Constant pulueribus quorũ dosim scribere solẽt à drag.i.ad drag.iii.& sufficiẽte zacharo resoluto in aqua aliqua cõueniẽti

Exemplum roborans ventriculum.

Recipe pul.aromatici,rosa.pul.menthę seminis anisi, & ameos an.scrup. med. gariophilorum,cynamomi, rosarum rubearum gra.v.zachari in aqua menthę resoluti q.s. misce fiat electuarium in tab.cape.i. antę & post pastum. De purgantibus supra diximus.

De conseruis,conditis,& mixturis.

Conserue & condita quę in officinis reperiuntur, tantum se miscere solent, additis aliis simplicibus & compositis pulueribus, fructibus & cęteris, & tandem addes zacharum in sufficienti quantitate & fiat mixtura vt alii coquunt condita auro cooperta ingrediuntur ferè ab vnc.vna, vsq̃

ad vnc.

ad vnc. iii. pulueres vero non ſcribuntur niſi à drag. i. vſq; ad drag. duas vel tres.

Exemplum in feb. continua.

Recipe conſeruę violarum, roſarum, ne nupharis an. vnc. med. conſeruæ acetoſæ vnc. i. ſeminis melonum, & cucumeris an. drag. i. ſem. lactucę & portulacę an. ſcrup. med. margaritarum, ſandalorum, rubeorum an. ſcrup. i. zachari q. ſ. miſce fiat conditum, auro coopertum, capiat cochleariũ vnum aut med. ſępe in die & tempore ſitis cum aqua calida, aut cum aqua hordei, aliquando adduntur vnum aut quatuor folia auri pro diuitibus.

De potionibus confortantibus, alterantibus & cordialibus.

Potiones hę licet cum iulepis coincidere videantur, diſtant in materia & ingredientium ſyruporum diuerſa doſi, quę & aliquando ſine ſyrupis parantur, conſtant vnc. iii. aquarum aut decoctionũ & ſcrup. ii. ferè puluerum cordialium additq; vnc. i. aut vnc. med. ſyrupi appropriati.

Exēplũ in morbo calido fractis cōueniens atq; ideo morti proximis.

Recipe pul. diamarga. frigid. & elect. de gemmis an. ſcrup. med. cōfectionis Alchermes gra. xv. aquę boraginis, roſarum & buglosſę an. vnc. i. ſyrupi de corticibus

citri, ſyrupi de limonibus an. vnc. med. miſce fiat potus, nam dari ſolent quacunq; hora modo longe à paſtu.

De trageis.

Conſtant pineis, amigdalis, auellanis, ſeminibus quibus volueris communiter tamen aniſo, fœniculo, cumini, amios, ſeminum coriandri pręparati. Item gliceri-ze inciſę, corticibus citri, gariophil. cyna-momi, & cum res poſtulat corticibus aliis, & ſalicis, caparum, tamaris, poteris adde-re macis folium, malabatri, ocymi, citruli, ſquinanthi & alia quę ſaccharo cooperan-tur, non poſſunt incidi tantū, poſſunt pul uerizari. At quę tantum in puluere dari poſſunt hic locum non habent, doſis ingre dientium omnium non excedat vnc. quin que, aut vnc. ſex.

Exemplum ad concoctionem.

Recipe coriandri preparati & cum ſim plici coopertura cōfecti vnc. ii. ſemen aniſi ameos & ſimilium cōfectionum an. drag. ii. corticis citri pręparati dra. iii. glicerize cynamomi, macis, ſquinanthi an. p. ſcrup. duos, conciſis fiat tragea, capiat cochlear vnum in fine menſæ.

De paſta regali.

Datur ferè ethicis tabidis morbo lan-guentibus imbecillis & ſimilibus, conſtāt

fructibus nutrientibus & impinguātibus amigdalis, pistaceis, pineis, passulis, dactilis, ficubus, & caricis, iuiubis, & sebesten. Et seminibus melonum, cucumeris, cucurbitæ, glicerizę, corticibus citri conditis, & carne citri condita, cerasis, pomis. Sunt qui addunt pro diuitibus, regibus, prelatis, sed raro hic mirabolanis vtimur, mirabolanas conditas & conditur, & additur zacharum fit pastus qui coquitur, ingredientium dosis est quę non excedat libram mediā, aut lib. vnam, misceri debet media pars sachari, cuius tamen dosis tutius relinquitur pharmacopolę industrię.

Exemplum.

Recipe ficuum pinguium passularum mundatarum ab arillis vnc. ii. pinearum purgatarum amigdalarum dulcium vnc. i. dactil. vnc. med. seminis cucumeris & melonū an. vnc. ii. prunorū damascenarū, iuiubarū, sebesthen an. nu. v. zacchari q. s. misce fiat pasta realis, capiat sępe ī die quādo valet. Si vis potes miscere carnes testudinum & perdicum, caponum pulpas.

De restaurationibus vulgo vocatis.

Sumitur capo vnus & cū baculis fustigatur in cubiculo clauso venationis gratia, postea lassus accipitur & viuus deplumaẗ exteriorē cutem excoriat, exēteratū in mi

nutisſimas partes concidito ſuperiniice po ſtea puluerum cordialium morbo conuenientium circiter drag.ii. aut drag.i. quæ omnia ſimul mixta ponãtur in phiala ample capacitatis quã pones in cacabũ aqua plenum & accenſo ſub cacabo igne bullire facias ea quę ſunt in phiala vſq; ad exactam concoctionẽ cooperta deſuper phiala ne quid expiret, poſt decoctionem auffe res ampullam ab igne & liquorem reſiden tem colligas & dabis cochlearia duo aut tria extremę detecto ſæpe in die vel certis horis: ſimul ſunt qui in ampullas iniiciũt cathenas, annulos, aureos, ducatos & aliquando folia auri & ſimul decoquuntur cum carnibus caponis.

Reſtauramenta per deſtillationem.

Coquuntur diligenter carnes limacum, teſtudinum & poſtea abiectis teſtis & excrementis ponantur in alembicum vitreũ & in balneo marię deſtillentur lento igne, etiam aliqui deſtillant bullitas carnes caponum & gallinaceorum & intra alembicum ponuntur aliqui pulueres cordiales. Datur aquę deſtillatę in prima menſa ferè ciathus vnus.

Deſtillatio balnei marię ſic ſit.

Ponitur alembicum vitreum in cacabo aquam habente, ſub cacabo ignis accendi-

ditur donec aqua calescat & non feruescat calore aquę calefit per alembicum & fit destilatio, sed oportet cum linio claudere. Linium autem fit cum bolo armeno & albumine ouorum distemperatur.

Tabulę restaurantis.

Fiunt etiam tabulæ restaurantis ex carnibus caponum & perdicum & paucis pulueribus cordialium, quorum compositio eadem est cum superioribus.

Electuarium solidorum in morbo calido.

Reci. pulpę caponis & perdicis an. vnc. iii. pul. diarrhodon abbatis, diamargaritõ frig. scrup. med. pinearum purgatarũ contusarum, & in aqua rosacea maceratarum drag. i. zachari in aquis rosarum, boraginis resoluti quantum sufficit misce fiat electuarium torta in martiopane.

Huius compositio fere eadem quæ pastarum regaliũ, sed cõmuniter paratur ex amigdalis cum aqua rosacea maceratis in zucharo, aliquando adhibentur pineę aliquando auellanę, dactili scrib. ferè media pars zacharo industrię pharmacop. relicto

Exemplum.

Recipe amigdalarum dulcium in aqua rosacea maceratarum libr. med. sacchari drag. iii. misce fiat torta in martiopane, si vis addes pinearum vnc. ii. de quibus di-

ximus in paſtu regali.

De nebulis.

Fiunt communiter ex amylo zaccharo & aqua roſacea quibus additur exigua portio pul. cordialium & zacharum in dupla quātitate eſſe olei ſine pulueribus gratiores ſunt, acquirunt. n. pulueribus acrimoniam ex igne ſic vt compertum ſit aliquando cynamomum gariophil. aliquando cynamomum & amylum cum zuccharo & farina frumenti in nebulas redacta, calidi ferri contactu, vim purgatoriam induxiſſe. Nebulę etiam ſunt ex farina frumenti & zacharo.

Localia quæ communiter in officinis habentur refrigerantia inflāmatis partibus ferè deſtinata vel epati vel renibus.

Cerotum ſandalinum, cerotum Galeni.

Refrigerātia, ſiccātia, & aſtringētia.

Vnguentum citrinum quod decoratū eſt, vnguentum de ceruſa, vnguentum album raſis, vnguentum camphoratum, vnguentum de litargirio nutrito tetrapharmacum, emplaſtrum deſiccatiuum rubi. oleum mirthinum, oleum roſaceū, oleum cidoniorum.

Refrigerantia & lenientia.

Vnguentum roſaceum, pomata, oleum roſaceum, vnguentum populeon, quod ſomniferum eſt, oleum violaceum, oleum nenupharinum, oleũ de papauere, oleum de mandragora, hęc duo ad ſtupefactionem accedunt.

Calefacientia, diſcutientia, atq; mollientia pleraque.

Vnguentum de althea, emplaſtrum ſtomachi, emplaſtrum de melliloto, vnguentum reſumptiuum, vnguentum pro matrice, emplaſtrum diachilon magnum, vnguentum martiatum, emplaſtrum de granis lauri, diachilon paruum commune, vnguentum arragon. emplaſtrum de mucilaginibus, vnguentum enularum quod ſcabioſis deſtinatum eſt, vnguentum neapolitanum morbo gallico deſtinatum.

Oleum chamomelinum, oleum anethinum, oleum de ſtorace, oleum de mentha, oleum de abſinthio, oleum de maſtulyes, oleum de croco, oleum lumbricorum, oleum de caparibus, oleum de lilio, oleũ irinum, oleum nardinum, oleum de glicериza, oleum coſtinum, oleum ruthaceum, oleum de capareo, oleum vulpinum, ol. ſambucinum, oleum de hyperico, oleum

iuniperi, oleum de lauro, oleum de ſpica oleum de euphorbio, oleum de therebintha, oleum de lateribus.

Abſtergentia & vlcus carne replentia.

Vnguen. baſilicon, ol. de ouis, vng. palmeum, ol. de frumẽto, vng. amigdalarum dulcium & amararum, vng. diaphenicũ.

Quæ olea abſtergunt ſolum & de coriant corrodentia.

Vnguen. ęgyptiacum, vngu. de minio, vng. de calce raſis, oleum de turture.

Rapturis dicatũ, empla. cõtra rupturas.

De localibus vnguentis.

Conſtant oleis, pulueribus, & cera, oleũ primum locum obtinent & butyrum in comp. ſeruatur vt ſingulis vnc. olearum miſceatur ex pulueribus dragm. i. ferè & ceræ quantum ſufficit.

Exemplum pro calido epate.

Recipe olei roſacei & chamomelini, violacei an, vnc. i. triaſandalorum an. ſcrup. i. corticis tamariſci, ſemi. ſcariolæ an. drag. vna & med. camph. gra. quatuor, maſticis, cynamomi raſurę eboris an. gran. v. ceræ quantum ſufficit fiat vnguent. pro epate.

De linimentis.

Conſtant axungiis & oleis, ac mixta aliquando per exigua puluerum, cera ferè carent.

Exemplum.

Recipe axungię gallinę, butyri recentis an. vnc. med. olearum chamomillæ, & de floribus meliloti an. vnc. i. farinæ seminis lini, & fœnugręci an. scrup. i. misce fiat linimentum.

De emplastris.

Alia certa regula dari non potest quàm quod parum, aut nihil olei recipiunt gummi & puluerum plus cerę quãtum sufficit.

Exemplum roborans ventriculum.

Recipe mastiche, thuris, ladani an. drag ii. squinanthi, spicenardi, gariophil. macis an. scrup. ii. rosea rub. coralli vtriusq; an. drag. i. stiracis liquidę drag. i. & med. olei nardini & masticini an. vnc. med. cerę quã tum sufficit, misce & fiat emplastrum pro stomacho in forma scuti, nam emplastra concipiunt formam ceratorum.

De cerotis.

Constant pulueribus paulo crassioribus & olearum in maiori quantitate cerę resinę & therebentinę aliquid aliquando additur ceram & therebent. fiunt miscendo. Hoc obseruare potes vt singulis vnc. olearum addatur puluerum drag. ii. addita tamen cera & thereben. plerunq; tamen illa proportio non seruatur, qua olearum vicẽ subeũt cerã & thereb. aucta quãtitate

Exemplum.

Recipe galãge, calami aromatici, squinanthi an. drag. vnam & med. spice nardi, menthę siccę, maioranę siccę, macis drag. i. gariophili, semen cardomomi, rosa. rubearũ, masticis, corali vtriusq; an. drag. med. olei masticis, nardini, & de mẽtha an. vnc. vnam, ceræ, ac therebentinæ quantum sufficit, misce fiat coctio in forma scuti cooperiatur cum syndone rubra & interbastetur & fiat stomachale obductum serico, & interbastatum. Nam formas varias sortiuntur cerata. Quædam ventriculo apponuntur sicut forma alia iecinoris ampli alia, quę lieni applicantur, & formã ligneę tabulæ debent habere.

De cataplasmatis.

Cataplasmata proprie constant plantis viridibus contusis & similibus rebus similiter contusis vel masticatis quæ citra aliã præparationem applicantur. Sæpe tamen & illa decocquuntur in aqua vsq; ad consumptionem totius aquæ, aut saltem quousque sufficientem mollitudinem acquisiuisse decoctio videatur quod exemplis clarius innotescet.

Exemplum partim molliens partim discutiens.

Recipe maluæ, & altheę cum radicibus an. manip. duos, florum chamomeli & meliloti an. p. i. pulegii, origani, satureiæ, an. manipulum medium bulliant in sufficienti aqua, vel donec mollificentur, deinde contundantur & fiat cataplasma.

De synapismis.

Synapismus olim nihil aliud erat quàm emplastrum, aut cataplasma ex synapi, hodie emplastra rubificantia vocant, quorum compositio ab emplastris petenda est.

De synapizatione barbare

Barbari synapizare vocant post iniunctionem olearum proiicere & spargere pulueres & partem vnctam, in qua re nulla alia seruatur proportio, nec ratio præterquam quod olea seorsim ordinantur, & postea pulueres seorsim sequuntur.

Exemplum pro stomacho vomituriente.

Recipe olearum masticini, nardini, cydoniorum an. vnc. vnam, olei mirthini, de mentha an. vnc. med. misce fiat iniunctio oris stomachi, synapizetur cum puluere sequente.

Recipe mirtillorum seminis plātaginis

an. drag. i. coralli albi & rubri, menthæ, ſandalorum alborum an. ſcrupu. i. raſuræ eboris trociſcorum de terra ſigillata an. ſcrup. med. pulueris diarrhodon abbatis drag. med. fiat puluis cum ſinapizatione.

De epithematis.

Epithemata hodie diuerſa ratione quã olim componuntur, fiunt autem ex aquis deſtilatoriis & pulueribus conſortantibus ſimp. aut compo. mixtis porrò ſeruatur vt lib. viii. aquarũ drag. i. & med. aut drag. ii. puluis addatur, rarò pręterq̃ cordi, ſtomacho, iecinori, & teſtibus imponuntur, ſed pro corde aliquid vini miſcendum eſt croci gra. aliquot, pro iecinore aceti vnc. med ferè, memineris vero ſemper aſtringentia quędam admiſcere quod principales partes quibus adhibentur his opus habeant, totius quãtitatis lib. i. non excedat communiter ſit libr. med. aut vnc. decem.

Exemplum pro corde, aut febre continua.

Recipe aquę roſarũ, endiuię, buglosſæ an. vnc. quatuor, aquarum cichoreę vnc. vnam & med. puluis diamargariton frigid. & elect. de gemmis an. ſcrup. vnum, ſandalo. citrinorũ, coralli rub. raſurę eboris an. ſcrup. vnum, margarit. gra. xii. croci gra. ii. vini & aceti roſacei an vnc. med.

fiat epithema pro corde & remouet̃ sępe.

De embrochis.

Embroche constant radicibus, herbis, seminibus, floribus decoctis in aqua aut vino, & in aqua & vino simul miscendo, obseruant aliqui vt duobus manip. herbarũ aquę aut vini lib.i. addatur & drag. pugillis similiter libr.i. aut vnc. iii. sed liquoris quantitas dispensanda pharmacopolæ relinquitur, decoquatur ad medię partis cõcoctionem ferè, aliquando etiam vsque ad vnam lib. pari pręsertim seminibus & floribus tantum constant.

Exemplum.

Recipe bethonicæ, saluiæ, serpilli, maioranæ an. m. vnum, florum stechados, rosarum, chamomillæ p. med. bulliant in aqua fontanæ libr. ii. ad mediæ partis consumptionem fiat embrocha.

Embrocatio autem barbarorũ sic fit.

Ordinantur olea aliquãdo paruissimis pulueribus admixtis, sæpius sine pulueribus, postea præcipiunt & cum pãno lineo die in oleo turbato foueãtur quodammodo & irregentur totaq; spongia particula affecta extẽsis tãdem supra locum affectũ pãno illo lineo adhuc madente duplicato.

Recipe olei nardini, de mẽtha, & de cappare an. vnc. i. olei rutacei, & sambuci an.

vnc.med.olei auellani,& de absinthio an. drag.vi.misce fiat embrocatio applicetur spleni & synapizetur cum puluere sequenti, sed vide quæ supra diximus. Nam sine synapizatione adhibetur.

De fomentis.

Quædam sicca, quædam humida, sicca fiunt sacculis siccis ipsis medicamentis impositis. Humida fiunt in vitro, vesica, vel vasculo corio testaceo, nec non spongia. Item pannis lineis, atque plerunque etiam laneis atque lana ipsa spongiæ loco, siccorum compositionem ex sacculis petes.

Humida sic componuntur, sumuntur duo aut tres manip. aliquando quatuor herbarum & florum additis plerunque seminibus & decoquuntur in aqua ad tertiæ partis consumptionem, aliquando ad mediæ. Obseruant aliqui vt manipu. duobus herbarum addatur aqua, aut liquoris libr. vna. liquorum, dico propterea quod fit decoctio in aqua & aceto, aliquando in aqua & vino, aliquando in vino tantum. Communiter aqua pharmacopolæ iudicio relinquitur.

Exemplum pleuritidi conueniens.

Recipe radicis altheæ vnc. vnam, mal. manip. vnum, saluiæ, absinthii, abrotani,

ſcabioſæ an.manip.vnum & med. Decoquantur in libris duabus aquæ ad tertias fiat fomentum.

De ſacculis, cucuphis, frontalibus,& ſemicucuphis.

Componuntur ex radicibus,herbis,corticibus, ſeminibus, floribus, pulueribus cordialibus vocatis,coufortantibus,radices & herbæ mundantur, & ſi vires ſunt contundantur,ſemina contunduntur, cortices inciduntur,fiunt ad diſcutiendum,ad ſedandum dolorem,ad confortandum caput,cor,ventriculum, lienem, iecur, vterum teſtes. Sed quæ capiti iniiciuntur, cucuphæ appellantur à barbaris quando totum corpus cooperiunt, quando mediam partem cooperiunt dicuntur ſemicuphium,ſeu ſemicuphæ, qui fronti imponuntur frontalia, & imponuntur lieni,iecori,& teſtibus. Nunc quadratam, nunc orbiculatam formam referunt, qui ventriculo,ſcuti ferè effigiem habent, ſæpius tamen figura non deſcribitur.

Exemplum cucuphæ.

Recipe ſaluiæ, maioranæ, ſerpilli, abſinthii an. manipulum vnum,meliſſæ bethonicę,ocymi,hyſopi an.manip.medium ſpicenardi, ſquinanthi, gariophili, nucis

muſcatæ, macis drag. med. florum meliloti chamomeli, roſarum, & roriſmarini an. p. med. inciſis incidendis, & contuſis contundendis, miſce fiat cucupha ex ſerico & ex linteo pro paupere, vel potes ſcribere, miſce fiat ſemicupha, ſi ea pro media parte capitis volueris vti.

Exemplum de frontali.

Eadem eſt compoſitio cuius exemplum hoc eſt in dolore capitis ex caliditate. Recipe florum roſ. rub. à nimphea an. p. med ſandalorum, citri, nucum, corall. rubeorũ an. ſcrup. i. ſeminis portulacę, endiuię an. ſcrup. vnum, foliorum papaueris m. med. conciſis concidendis, & contuſis contundendis miſce.

Exemplum ſacculi pro corde calido.

Recipe florum roſarum p. ii. florum violarum bugloſſę, borag. an. p. i. florum meliſſę, & nenupharis an. p, med. pul. diamargarit. frig. drag. i. raſurę eboris, ſandalorum citrinorum, oſsis de corde cerui an. ſcrup. vnum, croci, ligni aloes, gariophilorum, coralli rub. & camphorę an. ſcrup. med. miſce fiat ſacculus pro corde.

Exemplũ pro ſtomacho frigido

Recipe menthę ſiccę, abſinthii, balauſtię manip. i. ſaluię, meliſſę, ſatureię an. m. med.

rubeorum

rubeorum rubea p.med.ſpicenardi, ſquinanthi, gariophili, macis an.ſcrup. vnum, miſce fiat ſacculus pro ſtomacho.

De inceſsibus, ſeu balneis particularibus.

Inſenſus nihil aliud eſt quàm decoctum ex herbis, radicibus & cæteris medicamentis. In componendis his nulla alia quàm in cęteris decoctis ſeruatur proportio, exemplo res fiet clarior.

Exemplum in dolore renum.

Recipe altheæ cum radicibus m. duos, malue, petroſelini, ſaxifragię, bethonicæ, anethi an. m. vnum, ſeminis altheę, milii, ſalis & peucedani conquaſſatorū an. drag. ii. decoquuntur in ſuf. aqua ad med. partis conſumptionem & fiat balneum particulariter vſq; ad ſuperiorem regionem renum.

De colliriis.

Collíria diximus in oculorum morbis localium vicem ſubire & quædam ſunt ſicca, quædam liquida, ſicca vocantur quæ hodie in vſu cõmuni ſunt. Cõſtant tamen tenuisſimis pulueribus in liquidis componendis, conficiuntur ferè vnc. iii. aut quatuor aquarum pulucrum ſcrup. vnum.

Exemplum

Recipe aquarum roſarum, plantaginis, euphragię an. vnc. i. aquę fœniculi vnc. ii.

dragaganti, ceruſę lotę an. vnc. med. miſce fiat collirium.

De dentifricis.

Dentifricia abſtergendis, petięndis, & roborandis dentibus & conſeruādis. Nec non gingiuarum vitiis deſtinata ſunt, quadruplici forma nunc parantur. Aut enim fit puluis cum quo dentes fricentur aut cū oleo, aqua roſ. hyſopi, ſaluię, origani, abſinthii, menthę, apii, pulegii, puluis diſtemperatur & per alembicum tota deſtillatur, quę deſtillatio aliquando paratur ſiccis ipſis medicamentis contritis vt ſale communi, borace, alumine, nitro, ſale armoniaco, citra commixtiones, aliquando pulueres cum melle & aceto, aut oleo, aut muria & caro ciceris. Liquoribus in vnguenti vel linimenti formam redigitur, plerunq; etiā pululeres cum diadragante, cum aqua roſacea macerata excipiuntur & fiunt inde formulę oblōgę, quę exſiccatę indureſcūt.

Exemplum pulueris.

Recipe puluis radicis ireos, menthę, origani an. drag. vnam, aluminis ſatis cōmunis, osſis ſcæpiæ, pumicis an. drag. vnam, gariophil. cynnamomi an. ſcrup. vnum miſce fiat puluis pro dentifricio.

Exemplum ſecundi modi.

Recipe aquę maioranę, ſaluię, abſinthii,

apii an. vnc. ii. vini optimi vnc. i. & med. ſalis communis vſti, aluminis vſti an. vnc. iiii. osſis ſcepiȩ pumicis an. drag. i. ſalis ammoniaci, boracis an. drag. ii. terantur hæc oĩa & cũ liquoribus mixta deſtillanẽ per alẽbicũ, efformatur aqua pro dentifricio.

Aliud commune.

Recipe ſalis communis aluminis an. libra med. deſtillentur per alembicum & reſeruetur aqua pro dentifricio.

Porro de aliis localibus quæ ſimul purgant, & localium vicem ſubeunt ſupra abunde diximus.

De pomis.

Fiunt ex pulueribus exceptis ſtorace liquida, aut ladano, aut diadragantho, aut gummo arabico in aqua roſacea, aut aquȩ maioranæ, & cæteris reſolutis.

Exemplũ pomi tempore peſtis.

Recipe ciperi, iridis, maioranȩ, ſquinanthi an. drag. vnam, gariophil. cynnamomi macis an. ſcrupulos duos, thuris, ſeminis cardamomi, ladani an. drag. vnam & mediam, ſandalorum rubeorum, rubrorum roſarum an. ſcrup. vnum, cum ſtiriace liquida quando omnia ſunt reſoluta, formentur pomum addita optimæ ceræ portiuncula ad firmiorem conſiſtentiam muſci & ambræ an. gran. ii. algati grana i.

aliquando miſcetur cera in externo calore in ius diſſoluatur pomum.

De ſuffumigiis.

Fiunt ſuffimenta aliquando pulueribus lignis, aut floribus, herbis minutim conciſis, vt ligni aloes, aliquando pulueribus cũ ladano, ſtiriace, diadragãte, gummis cum oleo ſimilibus liquoribus excipiuntur, & formantur inde trociſci, liquores in ardentem laminam terream ſparguntur vt inde fumus exhalat recipiuntur in calidis deſtillationibus. Exẽplũ primi modi.

Recipe roſarum rubearum, florum ſtechados, & roriſmarini drag. vnam, thuris drag. ii. garioph. macis, lig. aloes vnc. med miſce fiat puluis ponatur ſuper carbones ĩgnitos. Exemplũ ſecundi modi

Recipe macis, gariophil. ligni aloes an. drag. med. thuris drag. ii. mirrhę, ladani, pul. saluię an. ſcrup. ii. cum ſtiriace liquida formẽtur trociſci pro ſuffumigio, trociſci fiunt ex pulueribus, aut aliis ſimplicibus, vt gummis, ſed pulueres excipiuntur gũmis vt ſucco alioúe liquorę.

Recipe pul. gariophil. ſquinanthi, cynamomi, roſ. rub. an. drag. i. nucis muſcatæ, ſpice nardi, ſem. ocymi an. ſcrupu. ii. ſem. ameos, amomi, aniſi & fœniculi an. drag. med. cũ ſucco menthę formentur trociſci.

Aliud prouocans menſtrua.

Recipe trociſci de mirrha ſcrup. vnum, cumini, casſię ligneę, radicis diptami ſcru. med. ſabinę, arthemiſię, matricarię an. dra. vnam, cum ſucco aut aqua arthemiſiæ formentur trociſci. Dantur trociſci ferè drag. i. aut drag. med. terendi, ſed etiã tum poſtea miſcendi iure aut liquore aliquo, qui in officinis pręparati reperiuntur, ferè miſcentur in electuariis, in conditis vocatis & mixturis in pulueribus, ſeu trageis, & ſimilibus.

De ſertis odoriferis.

Serta communiter non ordinantur, tamen ſcribatur puluis cum floribus & herbis ſuperuenientibus odorem multiplicantibus.

Exemplum in peſte.

Recipe gariophili drag. duas, cynamomi drag. vnam, roſarum rubearum drag. med. ſandalorum citrinorum ſcrup. duos, bonemi ſcrup. vnum, muſci & ambrę & algatę an. gra. i. miſce fiat puluis ſparge ſuper flores ſerthi.

METHODVS SEV RATIO expurgandi pituitam & vtranq; bilem.

HAEC methodus proprias ac certas indicationes habet quæ consulendæ sunt, primum est vt assequamur vtrũ prę-scribendum sit chalagogum, melanago-gum, aut phlegmagogum vel vtrum duo aut tria ex his. Secundo vt assequamur vtrum chalagogum aut aliud sit eligen-dum vehemens aut debile aut mediocre, Tertio vtrum chalagogi aut alterius medi camenti dosis magna aut parua aut medio cris conueniat. Quarto vtrum chalago-gum aut aliud debeat esse consistentia li-quida aut solida aut mediocris. Quinto vtrum sit opus præparatione longa breui aut omnino nulla. Sexto vtrum die præce denti assumptionẽ medicamẽti sit iniiciẽd. clyster. Septimo, vtrum post assumptio-nem chalagogi vel aliud medicamentum sit imperandus somnus aut vigilia, motus aut quies. Octauo, vtrum post purgatio-nem sit assumendum iusculũ lauatorium vel non. Nono, vtrum die sequenti pur-gationem sit prescribendum medicamen-tum corroborans ventriculum vel alia vi

ſcera. Cæterum huiuſmodi indicationes partim ſumuntur à rebus vt vocant naturalibus, partim à rebus non naturalibus, partim à rebus præter naturam, à rebus naturalibus vt ab ætate, ſexu, corporis habitu, colore cutis, pilis, vaſis, tẽperatura, pulſibus & aliis huiuſmodi. A rebus vero nõ naturalibus vt ab aëris conſtitutione præſenti & præterita, flatu ventri, parte anni, regione, victu præcedenti & præſenti, vitę conditione, excrementis, inſomniis, animi affectibus. A rebus præter naturam vel à morbi genere, morſu, cauſa, facultatis noxa, excretis & retẽtis, ſymptomatibus, quæ corporis affectus tactiles, viſiles, olfactiles, guſtatiles, & audibiles nuncupantur. Igitur has omnes indicationes excutiamus & expendamus ſingulatim, vt quę dicta iam ſunt ex his colligamus ab ætate incipientes. Pueri ob ingluuiem motumq́ intempeſtiuum ſolent pituitoſis humoribus eſſe pleni. Adoleſcentes calorem paulo acriorem habent melioreq́ vtuntur victu iudicio cum annis creſcente, ob hæc ſanguinis redundat, iuuenes calidiſſimi ſunt & bile pleni, ætatis conſiſtentis ac viridis; ſenectutis homines multam bilẽ nigram gignunt, ſeniorũ totũ corpus eſt pituita imbutũ. Viri calidiores & magis bilioſi, cęteris

partibus ſunt q̃ mulieres. Mulieres ſunt frigidiores & magis pituitoſę, obeſi frigidiores & pituitoſi, ruffi bilioſi, nigri melãcholici, pilorũ colores idem indicãt quod colores cutis, hirſuti bilioſi, glabri pituitoſi, vaſorũ amplitudo bilẽ promittit, anguſtia pituitam. Tẽperatura ẽnata vel acquiſita calidi ſiccięꝫ bilioſi sũt, calidi humidięꝫ ſanguinei, frigidi & ſicci melancholici, frigidi & humidi pituitoſi. Pulſus vehementes celeres & frequentes bilẽ arguunt. Pulſus languidi tardi & rari pituitam. Pulſus lãguidi parui duri tardi & rari bilem atrã indicant, pręcedens & perſeuerans ęſtus bilem, frigus pituitam, ſiccitas cum inęqualitate caloris & frigoris atram bilem, humiditas & imbres aquoſos humores indicãt, ver vero ſic cõſtitutum eſt vt inter omnes exceſſus ſit medium & ſuam naturam ſeruans ſanguinem, æſtus bilem, autumnus bilem nigram, hyems pituitam generet, regio temperata ſanguinem, calidior bilẽ, frigidior pituitã, ſiccior bilem nigram indicat. Victus ratio præcedens & ad præſens ex alimentis acribus & calidis bilem, ſalſis & craſſis bilem nigram, inſipidis acidis & frigidis pituitam, dulcibus & temperatis ſanguinem oſtendit. Vitæ conditio, quæ multum & vehementer corpus exer-

cet & præcipue in locis ſiccioribus bilem
indicat, ſi detur ea ocioſa aut quæ exerce-
tur in locis aquoſis pituitam. Vitæ condi-
tio quæ moderate corpus exercet & in lo
cis temperatis ſanguinem, quæ contra bi-
lem nigram & plerunq; aduſtam, ex excre
tis vrina potiſſimum prodit quis humor
magis abundet, vrina ruffa & tenuis bilẽ
indicat, rubea & craſſa ſanguinem, alba pi
tuitam, obſcura bilem nigram. Alui excre
mentum liquidum & ruffum vellicans ſe-
dem bilem indicat, alui excrementum al-
bum liquidum minime ſedem vellicans pi
tuitam preterquam in vtero. Vomitus fla
uus aut viridis aut amarus bilem. Vomi-
tus albus & inſipidus pituitam. Vomitus
fuſcus & crudus bilem nigram. Vomitus
albus & acidus pituitam acidam. Sudores
qui talem inferunt ſenſum cuti vt quis à
multis acubus videatur compungi bilem,
qui nullum ſenſum triſtem inferunt pitui-
tam indicãt, ſputum flauum aut citrinum
bilem, ſputum inſipidum aquoſum & ſpu
mans pituitam, ſputum nigrum & aridum
bilem nigram, ſputum album & aridũ pi-
tuitam, ſputum citrinũ bilem flauam, ſpu-
tum cruentum ſanguinem indicat ex vte-
ro excretio ſub alba pituitam, flaua bilem,
nigra aut liquida nigram bilem, rubra ſan

8 guinem prodit. Insomnia quæ noctu frequenter contingunt idque sine causa manifesta si sint tristia aut luctuosa ostendunt bilem nigram, si sunt contentiosa ac incendia imaginantia bilem, insomnia fluuiorum, pluuiarum, aut niuis pituitam indicant, lęta & iucunda sanguinem.
9 Animi affectus temperaturam corporis ostendũt & ad iram promptitudo ostẽdit bilem, ad iram difficultas pituitam. Meror & metus absque causa manifesta bilem nigram, lętitia & iucunditas sanguinem. Febris ardens tertiana, continua, & intermittens pituitã, febris quartana continua, & intermittens bilem nigram, febris synocha aut continens sanguinem, erisipelas, morbus regius phrenitis, affectio, mala vesicæ, fellis bilem ostendunt, oedema, hydrops, apoplexia, paralisis, stupor, epilepsia, Somnus profundus pituitam, scyrrhus, elephantiasis, icterus niger melancholia mania, varices, henis morbus bilem nigram demõstrant. Cancer non vlceratus sig. humorem melancholicum non vstum, vlceratus vero vstum. Vere omnes phlegmones quæ à solo sanguine proueniunt tũ internæ vt angina, tum externę vt cuti propinquę, indicant sanguinem sitis inexplebilis, assiduę vigilię inquietudo, inappetẽtia ructus in-

dicosus bilem sig. fames insatiabilis coctio tarda, somnolentia ructus avidi aut insipidi arguunt pituitam, oris amaror, morsus oreficii ventriculi, falsa simulachra splendida & ignea ab oculis volitantia bilem, oris insipiditas ostiali ventris aggrauantia, cutis mollities & frigiditas pituitam. Hec sunt omnia ferè indicia, quibus humor copiosus deprehenditur. Concurrētibus igitur omnibus bilis indicationibus cholagogum est præscribēdum. Quemadmodum concurrentibus omnibus indicationibus bilis nigrę aut pituitosæ melenagogū aut phlegmagogum eligendum. Pari modo concurrentibus indiciis bilis & pituitæ ex æquo cholagogum, & phlegmagogum æquis viribus, & quantitate præscribendum, quod si pituitam copiosiorem bile cognouerimus phlegmagogum quantitate & viribus vincere debet cholagogum, & sic in reliquis. Verumtamen vt assequamur concurrentibus indicationibus bilis, & pituitæ, vtrum bilis vincat pituitam, aut pituita bilem, aut hepar sit molle, non solum oportet obseruare indicationem omnium, sed & potissimum præstantiam, quæ diligenter est expendenda. Vnica enim indicatio præstans quatuor, aut tribus

tribus non pręstantes vincit. Si igitur abũdet bilis præſcriben. cholagogum nempe ſcammoneum, rhabarba. mirabolani citrini, caſsia fiſtula, manna, thamarindi, ſuccus & infuſio roſarũ. Et ſi vero abũdet phlegma eſt pręſcribendum phlegmagogum vt colochintis, hermodactili, elleborus albus cartamus, turbith, agaricus, mirabolani, chebuli, ſi autem redundat bilis nigra, valet elleborus niger, lapis lazuli, lapis armenus, ſęna, mirabolani nig. Et iam ſatisfactũ eſſe videtur primo capiti. Succedit vt omnes indicationes conſulamus quę inſinuabunt vtrum vehemẽs vel imbecillum, vel mediocre phlegmagogũ medicamentum, aut aliud ſit eligendum. Ad hanc rem principatum obtinent indicationes quę â loco & natura humoris deducendi, à ſenſus facilitate & difficultate petuntur quibus addẽdæ reliquæ iam enumeratę, quę nõ parum etiam habent emolumenti. Quo igitur res ſit magis perſpicua omnes has indicationes percurramus humor exiſtens in ventriculo inteſtinis mezereo imbecilliori medicamento indiget, in articulis cerebro pectore, validiori. Qui inteſtina habent exquiſitiſsimi ſenſus, imbecilliori egent iudicio, qui obtuſiſsimi ſenſus validiori. Senſus autem inteſtinorum percipere à victus ratio-

ne. Qui.n.ſynapi aut ſimili aliquo mordaci aut acriori plurimo veſcãtur ſine noxa, obtuſisſimi ſunt ſenſus qui vero mordicationem ſtatim ſentiũt iis exactus eſt ſenſus Qui inteſtina habent medii ſenſus mediocri. Humores qui trahens medicamentum ſponte ſequuntur, vt ſimul ſint biliosi imbecilliori egent medicamento, qui trahens medicamentum tardisſime ſequuntur, validiore ſunt melãcholici· qui inter has ſunt medii, mediocri, vt ſunt pituitoſi. Pueri mitisſimo medicamento opus habent, adoleſcentes miti: Iuuenes mediocri ætate conſiſtentes validisſimo, viri validiore. Mulieres imbeciliori obeſi validiori, grandes imbecilliori, nigri validiori, ruffi imbecilliori, candidi mediocri. Temperatura frigida & ſicca validiori, ſputura calidi & ſicci imbecilliori, ſputura frigidi & humidi mediocri, tẽpore frigoris validiore tum à frigore humores incraſſantur, validius igitur medicamentum purgans requirit, tempore æſtus imbecilliori indigemus pharmaco, tenuiores.n.ſunt humores, tempore imbrũ mediocri, autũmno validiore quia tunc plurimum ſoluitur ſubſtantię humidæ & ſpirituoſæ, ęſtate imbecilliori, hyeme mediocri in regione frigida & ſicca medicamẽto vtemur validiori, in regione ca-

lida & ſicca imbecilliori, in regione frigida & humida mediocri. Victus ratione vtentes ex craſsis & frigidis validis vtentur medicamento validiori. victus ratione vtentes ex tenuibus & calidis & imbecilliori victus ratione vtentes mediocri. Qui nacti ſunt conditionem vitę ſedentariam, & ocioſam validiori vtũtur medicamento qui laborioſam imbecilliori. Qui vrinam reddunt flauam tenuem & acrem medicamento egent imbecilliori, qui obſcuram & craſſam validiori. Qui amara euomunt imbecilliori, qui arida validiori, qui inſipida mediocri. Quibus ſudores effluunt veluti cutim pungentes pharmaco egent imbecilliori. Quibus ſudores effluũt nullum ſenſum ſui præbentes validiore. Quibus inſomnia frequenter contingunt luctuoſa validiore, quibus ſint inſomnia incendiorum & contentioſa imbecilliori, quibus inſomnia pluuię niues fluuiorum, mediocri medicamento indigent. Qui ab ira ſunt alieni validiori, qui iracundi imbecilliori, febre ardente continua tertiana aut intermittente exquiſita laborante mediocre ictero phrenite aut morbis veſiccæ, fellis laboranti imbecillius. Scyrrho elephantia in cancro ictero nigro. Melancholia morbo lienis laboranti validius, oede-

mate hydrope apoplexia paralisi stupore comati laboranti mediocre. Siti inexplebili vigiliis assiduis vigilanti imbecillius, fame insatiabili ructu acido laboranti validius, oris amarori orificii ventriculi morsu affectis mediocri. Hæc ferè sunt omnia indicia quibus medicamentum debere esse validum imbecille aut mediocre deprehẽdimus. Concurrẽtibus igitur omnibus indiciis validioris medicamenti validũ nempe est præscribendum nempe scamoneum colochintis elleborus niger & similia, si ãt occurrãt omnes indicationes imbecillioris medicamenti imbecillius est pręscribendũ nempe mãna thamarindi mirabolani &c. Si vero cõcurrant omnes indicationes medicamenti mediocris: mediocre est pręscribendum nempe rhaba. cartamus sæna & huiusmodi. Si vero tot & tam præstantes concurrant indicationes ex ęquo imbecilliores & validioris medicamenti, medicamentum proculdubio mediocre est præscribẽdum. Si vero plures adsunt validioris potẽtiores imbecillioris pro rõne vincẽtiũ est pręscribẽ. validũ quoniã si plures adsint indicatiões imbecillioris pauciores validioris pro ratione viuẽtiũ pręscriben. est imbecillius. Qua in re non solius numeri, sed etiã potissimũ pręstãtię & dignitatis

indicationem vt paulo ante dictum est ha bēda est ratio. Cum ex his indicationibus inuentum sit quibus viribus esse prædictum debeat medicamentum, sequitur vt inquiram qua quantitate, qua dosi sit præ scribendum, ad quod non parum momenti habet corporis constitutio & robur. Humoris vacuandi natura & locus nam neglectis reliquis medicationibus, quę validius, aut imbecillius, aut mediocre medicamentum indicare paulo ante diximus in genere siquidē nisi aliquid impediat, quæ validius medicamentum ea magnam dosim indicant, quæ imbecillius eadem parua atque mediocre mediam singulatim tamen referemus omnia vt res sit manifesta, igitur corpus cōpactum & coactum dosi magna indiget, rarum & laxū parua, corpus robustum magna, imbecillum parua. Humor crassus & lentus magna, humor lenis & fluxilis parua dosi indiget, humor vacuandus à partibus propinquis proximus directis communibus parua dosi indiget. Iuuenes & ætate consistentes magna, pueri & senes parua, viri magna, mulieres parua, grandes parua, obesi magna, ruffi parua, nigri magna, candidi mediocri. Tēperatura calidi & sicci parua, temperatura frigidi & sicci magna, temperatura frigi-

da & humida media. Tempore æstus dosis detur parua, tempore frigoris magna, tempore imbrium parua, tempore squaloris magna, autumno magna, æstate parua, hyeme mediocris in regione calida & sicca parua dosis conuenit, in regione frigida & sicca magna, in regione frigida & humida media: Victus ratio ex calidis & siccis vult dosim paruā, ex frigidis & siccis magnam, ex frigidis & humidis mediam. Vitæ conditio sedentaria magnam exigit dosim, laboriosa paruam, lotio apparēte tenui acri erit dosis parua, apparente obscura magna, alba media. Aluum habentibus siccam conuenit dosis magna, humidam parua. Quibus sudores sunt acres parua erit dosis, quibus sudores nullum sensum sui prębent magna, iracundis parua, mansuetis magna. Quibus insomnia incendiorum accidunt dosis erit parua, quibus insomnia pluuię & niuis mediocris, quibus īsomnia tristia magna. Febres ardentes omnes tertianę exquisitę requirunt dosim paruam. Febres quartanę cōtinuę & intermittentes magnam. Febres quotidianæ continuæ & intermittentes mediocrem. Febris affectio vesicæ fellis paruā, scirrhosus elephantiasis. cācer icterus niger melācholia morbus magnā, oedema hidropis mediā, sitis īexpleta.

assiduis vigiliis & virium imbecillitate affectis exhibetur dosis parua, fame insatiabili acido ructu cum virium robore laborantibus magna, oris amarore, orificii ventriculi morsu vexatis parua, oris insipiditate, ostioli ventriculi aggrauatione pressis magna. Concurrentibus igitur omnibus aut pluribus, iisque præstantioribus indicationibus magna dosis ea haud dubie erit præscribenda, vt scamonea gra. x. aut xii. rhabarba. infusi vnc. med. aut drag. quinque, colochintidis scrup. ii. aut drag. i. hermodactili drag. ii. lapidis cianei aut lazuli drag. ii. senę infusæ vnc. i. & huiusmodi omnes similes. Concurentibus vero omnibus indicationibus cũ pluribus iisdemque præstantioribus paruæ quantitatis aut dosis medicamenti, ea tuto est præscribenda, vt scammonea gra. v. rhabarb. drag. ii. in infusione colochintidis scrup. i. hermodactili drag. i. lap. lazuli drag. i. senæ infusæ vnc. med. & similes. Concurrentibus vero omnibus indicationibus mediocris dosis ea est eligenda vt scammonei gra. viii. rhab. infusi drag. iii. colochinthidis drag. med. hermodactili scrup. quatuor lapis lazuli scrup. quatuor, senę infusę drag. sex, & reliqua huius generis. Porrò medicamentorum omnium doses tum ex Græcis

sum ex Arabibus petuntur potissimum tamen Arabes imitari opus. Nam Græci sæpissime modum excedunt. Superesse iam video vt qua forma aut consistentia exhiberi debeat chologogum medicamentum inquiramus, quod aliunde petendum non est nisi ex fontibus indicationum paulo ante adductis, quas antequam videamus, hoc in genere scitu valde est necessarium quod consistentia medicamenti liquida, qualem habent potiones omnes mediæ, sit ex vsu potissimum cum sumus vacuaturi humores qui trahenti medicamento non reluctantur, sed promptissime sequuntur aut eos humores qui non sunt a Mezereo remoti. Crassa vero consistentia, qualem habent Catapotia, cum humores sumus purgaturi qui medicamento valde reluctantur, aut à Mezereo valde distant. Media vero conuenit qualem habent boli aut bucellę, cum vacuabimus humores qui necp omnino medicamento obediunt nec omnino reluctantur, nec omnino proximi, nec omnino remoti à Mezareo. Primæ ætati exhibenda est medicamēti forma liquida, postremę crassa, mediæ media. Viris quoq; liquida, mulieribus crassa, gracilibus liquida, obesis crassa, ruffis sine pilis, siue cutis colore sint tales liquida, nigris crassa, can-

didis, media. Temperatura calidis ſiccis liquida. Temperatura frigidis in ſiccis craſſa. Tēperaturę frigidis & humidis media, tempore æſtus & ęſtate media ſuam naturam ſeruante liquida conſiſtentia cōuenit, tempore frigoris & hyeme media ſuam naturam ſeruante media, tempore ſqualoris & autumno craſſa niſi humores ſint melancholici vſti, in regione calida & ſicca liquida, in regione frigida & humida craſſa, in victus ratione delicatiore pharmacum forma detur liquida, in victus ratione aſperiori craſſa, in vitę conditione laborioſa liquida, in vitæ conditione ſedentaria craſſa. Vrina apparente flaua tenui & acri forma medicamenti propinanda liquida, vrina apparente obſcura, alba, craſſa, his qui aluum habent humidiorem conuenit conſiſtentia pharmaci, craſſa: his qui aluum ſicciorem, liquida: facile vomentibus, craſſa: difficile liquida. Quibus ſudores sūt acres liquida, quibus inſenſibiles craſſa, iracundis liquida, ab ira alienis craſſa. Somniantibus frequenter incēdia liquida, ſomniantibus mare pluuias niues media. Somniantibus triſtia ſine cauſa manifeſta, craſſa. Febris ardens tertiana vtraq; exquiſita vult cōſiſtentiam liquidam. Febris quotidiana exquiſita mediam. Febris vtraq; exquiſita,

liquidam. Icterus phrenitis & tales similes affectus liquidam. Oedema hidrops mediã Apoplexia paralisis stupor coma & huius generis reliqui crassam. Siti inexpleta & assiduis vigiliis laborantibus debetur forma medicamenti liquida, fame magna, ructuq; acido vexatis media, oris amarore, orificii ventriculi morsu affectis liquida, oris insipiditate, oris ventriculi aggrauatione pressis, crassa. Hęc sunt maxima pars indicationum demõstrantium medicamẽti formam vel cõsistentiã, quibus, & alicuius sagacissimi opera, cui inuentis adiicere facillimum est, adiiciantur, ad superiora genera (quæ sunt veluti quidem fontes) reduci poterunt. Iam sese nobis offert quintum caput, quo inquiritur quid sit necessarium vt medicamentum tempestiue exhibeatur quod omne ferè naturã humoris indicat. Omnis .n. humor qui pręter naturã est sui ablationẽ significat, ergo humor cõsistẽtia mediocris tẽpestiue extrahitur nulla expectata elaboratione q̃ fieri poterit citissimè. Humor vero crassus & terreus est quaque deiicien. verũ id cõmodè nõ possumus nisi post lõgã extenuationẽ quã perficit calor natiuus adiutus victu tenui & tenuante, ac pręsidio huic negocio peculiaribus ac dedicatis: Hęc elaboratio quinq; aut 6. diebus

Quinta Intentio.

Peculiares Scopi.

completur. Humor vero craſſus & lentus 3
deiici etiam debet ſed id commode non fit
niſi poſt extenuationem & diſſectionem
quæ eſt à calore natiuo accedentibus victu
& medicamẽtis acõmodatis quę tribus aut
quatuor diebus perficitur. Humor aũt te- 4
nuiſſimus nõ minus q̃ reliqui ſui ablationẽ
indicat. Cæterum commode ante incraſſa-
tionem non põt euacuari. Nam quoniam
craſſus & lentus nõ expedite vacuatur eo
quod in ãguſtioribus viis hęreat & obſtru
ctiones pareat, ſic tenuis ſeſe inſinuat in par
tes exiguas viſcerum per quę tranſit, quam
incraſſationem etiam eſſe opus naturę cre-
dimus accedentibus victu & medicamen-
tis modice frigidis & incraſſantibus. Ca-
lor enim omnia extrema ad quandam me-
diocritatem ſibi gratam & familiarem con
uertit quę completur vna & altera die.
Oportunitatem etiam indicat humoris ſe- 5
des. Qui.n. prope inteſtina aut in ipſis inte
ſtinis aut vẽtriculo latitat, nulla aut breui
elaboratione indiget, qui vero à remotio-
ribus partibus eſt attrahendus, longiorem
& maiorem elaborationẽ efflagitat. Nec
omittenda eſt cõſuetudo viarum per quas 6
futura eſt euacuatio. Si enim patentes ſũt,
omtti põt elaboratio, ſi vero obſtructæ ac
clauſę fuerint eas reſerarę eſt neceeſſe, vt

Hypo. lib.ii. Apho.conſcripſit. Huiuſmodi obſtructiones quo leuiores ſunt eo breuiorem, quo grauiores eo longiorem elaborationem indicant. Atq; vt rem vniuerſam in pauca capita contrahamus quę bilem indicant eadem indicant breuem & leuem aut nullam elaborationem. Quę vero pituitam, ea mediocrē, quę autem bilem nigram, eadem maximam & lōgiſſimam elaborationem indicant. Bilis incraſſationem iuuāt viola, endiuia, capillaris cōis, lactuca portulaca, acetoſa, lenticula paluſtris, nymphea, cucurbita & ſimiles plantę. Bilis atrę extenuationem adiuuant thamariſcus, fraxinus, lupulus, ſcabioſa, meliſſa, chamepitis chamedris, pimpinella, bugloſſa, vtraq; fumaria, ſcolopendria & huius ordinis q̄ plurima. Pituitā incidit & extenuat calor natiuus melius preſcriptis, liquiritia, galliogingidio, eupatorio, abſynthio, eringio, mercuriali, ſaluia, polio montano, bechio, peucedano, mentha, verbena, petroſelino, ſtechade vtraq;, anetho, aniſo, daucoſeſeli, cubebis, ariſtolochia vtraq;, peonia, centauro, vtraq; valeriana, cypro, calamo aromatico, iride, & huius facultatis reliquis.

Iam ſeſe nobis offert ſextum caput pertractandum vtrum ante medicamēti aſſumptionem ſit chyſter iniiciendus quod nam

medicamēti humoris ac ęgrotantis certissime commōstrant non neglecto interim affectu pręsente. Si igitur sit necesse pręscribere medicamētum, quod sua peculiari vi subuertat ventriculum, die pręcedente clyster iniiciendus est, si vero præscribendum est medicamentum quod minimè solet subuertere ventriculum non cogimur iniicere clysterem nisi illum aliud indicet, si humor leuis tenuis maiori cautione ad superiora ascendat clyster ante medicamētum iniiciend. Si vero humor ad inferiora motum manifestum habeat, non est ante medicamentum iniiciendus clyster. Qui suapte natura aluum sicciorem habent, & facile vomunt ante medicamentum clystere indigent. Qui suapte natura aluum habent humidiorem nec vomere solent, ante medicamentum clystere minime egēt. Si quo tempore præscribendum est medicamentum purgans, aluus sit supressa, clyster est iniiciendus, sin minus non opus est clystere. Nunc inquiramus indicationes post assumptum medicamentum somnum aut vigilias. Ea sunt assumentis natura, medicamenti forma & vires. Iis qui calorem habent imbecilliorem post assumptum medicamentum somnus breuis est cōcedendus, iis qui validiorem nullus. Medicamento

durę conſiſtentię aſſumpto ſomnus vel lon II
giſſimus eſt imperandus. Quod ſi aſſum-
ptum ſit medicamentũ liquidę conſiſtẽtiæ
ſomnus ſit breuiſſ. aut nullus, ſin med. ę sõ-
nus mediocris eſt imperandus. Vires me- III
dicamenti ſi ſint validę ſomnus breuis con
cedi poteſt, ſi debiles, nullus ſomnus eſt cõ
cedendus. Quies aſſumpto medicamento IIII
omnino neceſſaria niſi quando vires medi
camenti ſunt imbecilliores, aut quãdo vo-
lumus vt medicamentum magis vacuet vt
aph. 14. & 15. lib. 4. Hipp. Tũc. n. leuis mo
tus eſt cõmodiſſimus: ꝑterea aſſumpto me- V
dicamento nõnunq̃ multũ, nõnunq̃ parum
differendus eſt cibus, quod ẽt indicant me-
dicamẽti vires & conſiſtẽtia. Nã aſſumpto
validiori & conſiſtentię dure medicamẽto
multum eſt differendus cibus, quoniam aſ
ſumpto imbecilliore & conſiſtentię liqui-
de medicamento parum eſt differendus ci-
bus viribus ægrotantis etiam interea con-
ſultis iam tempeſtiuum eſt vt ad octauum Octaua
caput nos transferamus quo inquirendum Instructio
vtrum poſt aſſumptum medicamentum
purgans, iuſculum aliquod ad abluẽdum
ventriculum & inteſtina ſit offerendum,
quod profecto ſola medicamenti aſſum-
pti natura indicat. Nam aſſumpto medi-
camine validiori & maligno, qualia ſunt

colochintis, ſcammoneum & ſimilia, neceſſarium eſt iuſculum abluēs, ne fruſtula aliqua hęreant corpori ventriculi, aut inteſtinorum, quæ diuturnum alui fluorem inducerent aut eraderēt. Si vero aſſumptum medicamentum ſit imbecillius atq; minimè malignum, quod Meſue benedictum vocat, qualia ſunt manna, rhabarb. & huiuſmodi reliqua, non eſt neceſſarium iuſculū eluens. Nullum enim ab eo pendet periculum fluoris diuturnioris, aut craſſioris ventriculi aut inteſtinorum. Porrò cum neceſſarium eſt iuſculum, eo die paratur ex decocto pulli aut gallinę aut capi atq; oleribus & ſale, tamen licet ſalis modicum adiiciatur nihil eſt periculi, cum ſine ſale aliquando aſſumentibus non minus nauſeam moueat quàm ipſum medicamentum. Ad hæc facultate abſterſoria ſal ad hoc negotium non parum habet momenti, nec metuenda eius vis aſtrictoria cum leuis ſit & minime poſſit inculcare in corpus ventriculi portiunculas illas medicamenti, quæ robur adiiciant ventriculo iam diſſoluto ex illo & excrementis, quę medicamentum attrahit & deiecit. Nonnunquam ptiſanæ cremor admodum liquidus datur, nonnunquam decoctum cicerum nigrorum & ſimilia. Quare offeren-

da sunt, cum medicamentum iam suo munere perfunctum iudicamus, alioquin purgatio impediretur. Medicamenti quoq; natura indicat vtrum die sequenti præscribendum sit medicamentum corroborans ventriculum & reliqua viscera. Si iam assumptum fuerit medicamentum mite, nullam ventriculo aut aliis visceribus noxam intulit, nec est necesse die sequenti roborãs medicamentum præscribere. Si vero medicamentum validum aut malignum fuerit prescriptum, cum ab eo non possit non induci noxa ventriculo & reliquis visceribus, opus est die sequenti corroborans medicamentum prescribere quod consuetum robur visceribus reddat & medicamento dissolutum. Huiusmodi corroborantia parantur ex cõfectione illa rosarum, florum cichoreæ, rad. buglossæ & similibus cum pauco cinnamomo, puluere diamargarit. scilicet triasandali, & id genus aliis. Atque satisfactum huic negotio fuerit, si admonuerimus post sumptum medicamentum purgans, ea omnia esse fugienda, frigus estum, animi affectus vehemẽtiores & venerem, quandoquidem hec omnia non parum officiunt. Frigus enim ad cẽtrum corporis humores vehementer impellens ad quod medicamentum eosdem attrahit, su-

Nona Intētio

Cõfortātia.

Quae Vitanda sint post purgationem.

perfluam purgationem induceret. Calor vero ad circunferentiam corporis attrahens humores, motum medicamenti remoraretur ac dissolueret malam spirituosam substantiam, quæ accedens dissolutioni, quam medicamentum facit, vires insigniter deiiceret. Ob hanc ipsam causam vitandi animi vehemẽtiores affectus, quod multum spirituum dissipent. Adde quod alii ad centrum, alii ad circumferentiam corporis humores immodicè alliciant, quorum vtrunque est incommodum medicamẽto purgãte. Hoc ipso nomine Venus damnatur, quę vires maxime prosternit, vacuata substantia tum spirituosa, tum humida, eaque benigna. Ergo dictionis cursu completo finem huic methodo expurgandi excrementa secundæ coctionis imponamus.

FINIS.

REGISTRVM.

* A B C D E F G H I K L M N.

Omnes sunt quaterni, præter * quod duernio est.